

451

No 9

~~A. 462.~~
Cajon No 8.

UVA. BHSC

347

~~458~~

99

213

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

R 178

Padre D. Joseph Roque de Suedra
Alvarez de Bellano y Echaz
Colo. que fue de el Sr. de
S. Ana de Nav. =
Requiescat in pace. Amen.
Bene dict. f. p. =
Para la Libreria del Colo. =



[Faint, illegible handwritten text in cursive script, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF CHICAGO
IN HONOR OF THE
FIFTY-FIFTH ANNIVERSARY
OF THE DEPARTMENT OF
CLASSICAL STUDIES

[Faint, illegible handwritten text]

UVA.BHSC



INDEX



OMNIVM LEGVM QVÆ
IN HOC VOLVMI
EXPLICANTVR



LIBER PRIMVS.

<i>Lex. Ponponius 9. ff. de negotijs gestijs.</i>	fol.	3.
<i>Lex Divortio 35. ff. de negotijs gestis.</i>	fol.	7.
<i>§ illum autem dicta Legis 35. ff. de negotijs gestis.</i>	fol.	11.
<i>Lex Respiciendum 38. ff. si certum petatur.</i>	fol.	13.
<i>Lex quod maior 19. ff. ad municipalem.</i>	fol.	17.

LIBER 2.

<i>Lex qui de in officioso 20. ff. de in officioso tit.</i>	fol.	24.
<i>Lex si plura fin. ff. de religiosis et §.</i>	fol.	31.
<i>§ si heres mulieris huius legis</i>	fol.	35.
<i>§ cui vestimenta huius legis.</i>	fol.	38.
<i>Lex 4. et 6. ff. ad Senat. consult. Maced.</i>	fol.	39.
<i>Lex quod debetur 51. ff. de peculio.</i>	fol.	43.
<i>Lex si debeas 22. ff. de compensationib.</i>	fol.	48.
<i>Lex qui libertatis 69. ff. de euctionib.</i>	fol.	53.
<i>§. seruum huius legis.</i>	fol.	61.
<i>§. Sed si quis in venditione huius legis.</i>	fol.	63.

Lex si.

D. Al. de garrico

Lex si maritus 43. ff. *Solutio matrimonii* fol. 64.

Lex qui bona 25. §. *si quis duobus* ff. *de acquirendo rerum dominio.* fol. 65.

Lex sed et si quis 25. §. *si duos* ff. *de usufructu.* fol. 65.

LIBER 3.

Lex si inter 31. ff. *de pactis doctoralibus.* fol. 227.

Lex. Si quid mihi. 50. ff. *de donationibus inter.* fol. 231.

Lex. Si ex pluribus. 16. ff. *ad legem falcidiam.* fol. 235.

LIBER 4.

Lex quoniam 18. ff. *de conditione furtiva.* fol. 241.

Lex. Si Pater 31. ff. *de testamentaria tutela.* fol. 249.

Lex. Si Libertus 44. ff. *de operibus libertorum.* fol. 253.

Lex. Aut 71. ff. *de furtis.* fol. 261.

Lex Labeo fin. ff. *si fam. fur. feci. dic.* fol. 272.

LIBER 5.

Lex. Si qui 18. ff. *de iniusto rupto.* fol. 71.

Lex. Si filius 10. ff. *de colatione bonorum.* fol. 75.

Lex. Si quis 6. ff. *de coniungendis.* fol. 84.

Lex. Ergo 7. ff. *si quid in fraude Patroni.* fol. 87.

Lex. Si Pupilus 127. ff. *de verb. sig.* fol. 91.

Lex Nulla mora 33. ff. *de regulis iuris.* fol. 91.

LIBER 6.

Lex. Si Ego 19. ff. *de iniusto rupto.* fol. 104.

Lex Si post missionem 17. ff. *ad leg. falc.* fol. 115.

set.

<i>§. et quid si tantum legis Gallus 29. ff. de Liberis, et Postumis.</i>	fol.	203.
<i>§. si qui filium dicta Legis. 29.</i>	fol.	213.

LIBER 7.

In quo nullam inuenimus legem in digestorum libris.

LIBER 8.

<i>Lex quidam 14. ff. de iure codicillorum</i>	fol.	124.
<i>§. quod si duo dicta legis quidam.</i>	fol.	142.
<i>Lex Siseie 10. ff. de dote prelegata.</i>	fol.	148.
<i>Lex Sisthico 21. ff. de peculio legato.</i>	fol.	151.
<i>Lex eas causas 30. ff. de condition. et demost.</i>	fol.	164.
<i>Lex si dignum 19. ff. ad legem falcidiam</i>	fol.	170.

LIBER 9.

<i>Lex si a seruo 20. ff. ad legem falcidiam</i>	fol.	173.
--	------	------

LIBER 10.

<i>§ in arrogato legis sed si plures 10. d. de bulg. f.</i>		177.
---	--	------

LIBER 11.

<i>Lex si aliena 10. § Sceuola ff. de usucapionibus iuncta lege partum 26. ff. de verb. sig.</i>	fol.	188.
--	------	------

LIBER 12.

<i>Lex qui famil. 37. ff. fam. eriscunde</i>	fol.	219.
<i>Lex aquo 45. ff. de damno infecto</i>	fol.	282.

FINIS.

et quod in manu...
 fol. 203
 fol. 214

LIBER 8

1. ex...
 144
 145
 146
 147
 148
 149

LIBER 9

1. ex...
 150
 151
 152

LIBER 10

1. ex...
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160

LIBER 11

1. ex...
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170

LIBER 12

1. ex...
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

Tractatus
Ad. 20. quaestiones Ceruidij
Scabola: seu ad. 20. lib.
quaest. a D. D. D. Joanne Alta
mirano J. D.^{to}

Imperabat Marcus Aurelius Antonius cognomento
Philosophus quo tempore Ceruidius noster floruit
nam eius auctoritate Lex. 39. ff. de legat. l. con-
firmatur, et eo praecipue Divus Marcus usum fuisse
fatetur Capitolinus in eius vita, imo et eo imperante
decessit, nam celebre eiusdem Marci, et Commodi
rescriptum ad Aufidium Victorinum, (cuius saepissime
mentio fit in iure. l. Paulus. 39 ff. liber. cau. l. penult.
quando sine manumissio. l. 10. ff. in ius vocando, l. 1. et
per totum Cod. si mancip. ita fuerit alien.) non igno-
ravit, sed suspicor morte praeventum non vidisse, ideo
non secundum illud respondet in l. ult. ff. de reru.
export. l. quis Roma, §. Flavius. ff. de Verb. Ob. quae
sic cum citatis Iuribus, melius quae aliter componitur, §.
l. verum. 11. §. quid si minor. de minorib. non eledit.

Non enim Scabola auctoritate quam ibi pro-
positam resoluit Ulpianus, sed concipit, nam
quia Scabola nostro dubium non erat, quin minor
20. annis non poterat servum vendere, ea lege
ut manumitteretur ab emptore prohibente lege
A. l. i. sentia. & eadem. iust. quibus ex causa manu-
mitt. et sic non erat. Cur de restitutione in integrum
ageretur, nulla existente venditione, quia concipie-
bat non in minoribus 20. annis, sed in maiori, mi-
nor tamen 25. de quo quia legis A. l. i. sentia cessabat
prohibitio, imo verum ea lege poterat alienari, ut
manumitteretur, quarebat an si laus in pacto pro-
poneretur esset locus restitutioni, non obstante D.
Adriani rescripto, quod ius hunc vigeat, D. l. ult. d.
servi. export. at Ulpianus quia tempore suo iam
Marci et Commodi rescriptum stabat interminis
suis apposuit que et dubitabat, non in minori 20.
annis, sed in maiori quod tamen a Consulto nro mu-
tuatur est) an pacto predicto apposito nihilominus
esset locus restitutioni, reprobatur que eleganter, sed ratio-
nem in libro 4. quest. reservamus, unde clarum est
Verba illa et magis est ut sententia restitutionis, et
circa Ulpiani esse non Cereidij nostri, et sic falso af-
firmatur Divi Marci et Commodi rescriptum eo vi-
uo non tantum promulgatum, sed a bispo cognitum fuisse

Scabola pronomenerat Quintus

Ut.

22
2

Ut constat ex l. 38 vlt. ff. de Vulgari, quia fuit apud
Scabolam familiari nam Quintus Scabola reperitur apud
Valerium Maximum Antonium Sabelicum Quin-
tus Marcus Scabola in l. 48. mandati, alter, con-
stantia et iustit. alter iuris prudentia insignis, ter-
te Pomponio, in l. 2. § post hoc de origine iuris, vel quia
iste inter fratres suos, quinto loco natus, unde apud Ro-
manos Quinti pronomen habitum notat Sigonius, et
ex eo Paulus Manuntius nomen Ceruidius, non Cerui-
lius, ut existimat Alciatus § Parergom. c. 1. Cuiacius
lib. 9. Pauli ad adiectum super l. 18. et 19. § Scabola
de negotijs gestis, ita enim appellatur a Modestino in l. 13.
§ aliud de excusat. a Paulo in d. l. 38. § vlt. de Vul-
gari; cognomen Scabola deductum ab illo insigni Roma-
na fortitudinis exemplo, Muscio Scauola, ita acta de dex-
tra manus cognomento ut Tibius Valerius et Sabelus
profiterentur.

Ingenium magnam, quod non derri-
det, sed miratur Claudius Consultus, qui ad ipsum
notas scripsit in l. a testatore § 9. et Condit. et
demonstr. Cuius causa merito consultorum prudentissimi
votatur ab Imperatore in l. 3. de testibus C. Theo-
dosiano Jurisperitorum a Modestino in d. § ali-
ud, nec mirum, nec enim Juris prudentum Principes
Papinianus scilicet Ulpianum, Paulum Claudium
Trophonum, nisi Princeps Consultorum Scabola potuit eru-

ditè sua formare, nam isti Scævola nobis fuerunt au-
ditores, ut de Papiniano testatur Sparcianus in cara-
cala et eius argumento. idem d' Ulpiano et reliquis
qui non ut præceptorem sed ut æquales agnoscunt Pa-
pinianum l. 24. familie exercitand. l. ex facto. & in
de de heredibus instituendis. l. lecta, si certum pe-
tatur, colligitur manifeste contra Lampridium in Ale-
xandro sauro qui in hoc mendax ab omnibus notatur
tractatus varij nempe Digestorum lib. 40. Respons. lib.
regularum lib. 4. questionum lib. 20. de q. familia et
questionis publicæ tractatus, sed inter omnes emicant
libri questionum quorum leges Deo duce in unum coad-
vnare et explicare intendimus, si Deus faxit, nec
vobis infructuosum, nec mihi ingloriosum pollicior, ac-
cedamus igitur ad primum librum.

Ad lib. Primum quest. Scævola
Tractatus, sub quo explicabuntur. l.

Pomponius. 9. l. diuortio. 36.

de negotijs gestis. l. res
piciendum. 38. si

Cert. pet. l. quod ma

ior. 19. ad muni

cipale.

Ad leg. Pomponius. 9. de negot. gestis

Que prima ex hoc libro se nos offert quaestio controversia
 est seu disceptata. Scabola nostri cum Pomponio semper
 intrincata et difficilis reputata et in se et in his quae con-
 ca eam glo et DD. miscuntur, quam ut clare percipia-
 tis, scire oportet quod si quis me absente, nec mandante
 ad negotia mea gerenda accedat, cum hoc faciat vltro, et sua
 sponte illud in se quodam modo recipere et polliceri videtur
 se omnem curam et diligentiam adhibiturus in ea re, quae
 administrandam suscipit, non quam rebus suis solet ad-
 hibere, sed quam bonus et diligens Pater familias. lib. 6. §
 ult. l. 11. de negotijs gestis. l. tutori. C. eodem. l. 25. §.
 non tantum. §. famil. excic. §. in fine. instit. de obligat.
 quae ex quasi tractu. Paulus lib. sententiarum. tit. 4. qua-
 re gnarus, diligens, vigilans esse oportet, quod si faciat
 recte obligationem suam adimplet, si minus aut quaquae-
 que si dolo, si decidia, negligentia, ineptia, et culpa sua, et
 leuissima si modo alius diligentior eo, commodius adm-
 nistraturus esset negotia, aliquid in negotijs gestis vel
 committat vel omittat, male gerisse intelligitur, et e no-
 mine Domini negotiorum gestorij directa actione tenebitur
 in quo dolus lata leuis, imo leuissima culpa veniet, quo
 casu exacta, imo exactissima diligentia desideratur, ut in
 D. §. 1. in fine Paulus d. tit. 4. et Iurib. allegationib. imo
 interdum casus qui sine culpa gestorij accidit veluti si quis
 nobis negotium quod non sit solitus absens exercere ip-
 sius nomine gerat. sicuti Venales nouitios coemendo, ut

in l. si negotia 11. de negotijs gestis; l. si cum possit
sibi et alijs creditoribus non solvit, sed pecuniã in arca
sine fructu reposuit, quia postea sine culpa sua periit, ut
probat. l. debitor 13. de negotijs gestis. sed hoc quia cul-
pa procedit, alias enim non teneretur de casu. l. negotius
22. C. de negotijs gestis. l. fideiussor 32. ff. eodem. inter-
dum vero dolum tantum modo prestat, veluti si res tuas
alioquin perituras, vel iam distrabendas ad quas nemo
alius accedit a facte coactus administrarem l. 3. §. interdum
de negotijs gestis. nam hoc casu æquissimum erit ante
dolum dumtaxat prestatari recte affirmabat Labeo non
culpam, vel quia nulla est in eo, qui res ab alijs distitu-
te pro suo captu seu potestate maluit subvenire, quia
sine re eam amitti, vel si qua est cum non ultro et spon-
te accedam, sed affectione coactus, ut inquit, illam
non videor pollicere.

Sed pone, quod negotium male geri-
ti, ego tamen cum scirem ate malegerum, nihilomi-
nus probavi, erit ne mihi contracte negotiorum gestorum
actio? Quintus Mucius affirmabat te mihi non te-
neri, idque lib. 26 nam in eo ratione habitionis ma-
teriam eradavit l. 6. §. si ego l. 5. ff. hoc tit. iuncta
supra inscriptione. l. 11. eodem unde verba illa Pom-
ponius scribit, de quibus in d. l. 9. non ita sunt intelli-
genda quasi hoc ex sententia sua Pomponius scribat
ut putant omnes interpretes, sed Quinti Mucij cuius
de

Declarationem lib. 39. comprehendit, quod puto verum et
 si nemo adhuc obserbauerit, quod cum ita explicaret Pom
 ponius quamquam si Quintus Mutius supposita appro
 batione domini gestor negotiorum actionem denegarit, in
 de inferebat in versic. videndum, et bene pendere negotio
 rum gestor actionem dum dubium erat, an domus na
 tum haberet, ut in l. 6. §. item queritur hoc tt. l. di
 pensatorem §. 2. de solutionibus, et saepe alibi. Ne si
 statim nasci dicamus illud postea eueniet, quod Domi
 no probante actione negotiorum gestor, quae semel capta nuda
 voluntate, tollatur, quod esse non potest, quia negotiorum
 actio ex gestione ipsa, et sic ex re oritur. l. 1. et 2. hoc tt.
 §. 1. inst. de oblig. quae ex quasi contractu ab re contracta
 obligatio, solo sensu et voluntate, non tollitur. §. 1. ins
 tit. quibus modis tollitur obligatio, quod enim scriptum
 est in l. non solum §. 1. de in iur. §. vlt. inst. eod. nem
 pe iniuriarum actione, quae ex facto forte oritur, desimulas
 aboleri, et sic nulla voluntate speciale est, nam tam induc
 tum favore conseruanda inter ciuim concordia per obliuio
 nem iniuriarum, quasi non actio, sed actionis materia tolla
 tur, ut Moderni omnes opinantur, sed male cum hoc ipso
 et lite contestata admittatur, ut in quaerella in officioso
 tt. (quae et filij iniuria est. l. 4. l. 8. in prio de officio
 so tt.) constituta sit in d. l. 8. §. si quis post rem. sed quia
 dissimulat, renunciatio quaedam tacita est, unde quemad
 modum renunciatio expressa ipso iure tollit iniuriarum actionem

L. 17. §. quedam de pactis, ita et tacita sunt enim pa-
reom virtutem. L. 1. C. de integrum restitutione, non ex
se, sed ex L. 12. tabularum. quae vim tribuit pacto facto
super tali actione, ut ipso iure tollat iniuriarum actio-
nem, ibi si membrum rupit, nisi cum ea pacit talis
est, quae sic melius sequunt, quam apud Aeglium lib.
20. notitij aticarum. c. 1.

Sed cum generali remissione
semper causa doli et fraudis excipitur, quia de ea sensus
non videtur dominus negotiorum, ut loquitur. L. 8. §. penult.
de Libert. Legat. et hoc ex eo ne iam fraudandi gesto-
ribus patefiat, qua ratione est idem in quolibet adm-
nistratore, tutore, curatore, procuratore, actore, civitatis
administrantur. L. 8. §. ult. penult. L. 9. L. 20. §. ult.
de Libert. Legat. L. 5. §. Julianus de administrat. tutorum
L. cum tali. 71. Veri. quid §. de condit. et demonstrat.
L. si servus vestitus. 119. de Legat. 1. L. 9. §. qui per falsam
ciam de transactionibus. L. 3. fractus. 35. de pactis. recte
Pomponius affirmabat quod cum dominus negotium
malegerit, et sic in genere approbaret, culpam tan-
tum et latam habere (ut cum Iulio loquar in d.
L. si servus.) negligentiam magnam et scrupulosa
inquisitione remittere conuebit, non dolum malum
imo pro eo negotiorum gestorum actio remanent, non
quod in hac specie dominus non possit (erat enim
iam gestum negotium, et sic dolum praeteritum, qui re-
mitti

5

Mittigotat. l. 7. §. si paciscor. l. si unus. 27. §. utud cum se
quentibus d. pactis. l. actione. C. de ban. actionib.) sed
quia non vult ex traditis rationibus.

Hæc quia itaque
tum Mutuum intelligebat coherenter sane secundum
vris principia ratioinabatur Pomponius, sed recte notatur
a Scabola in vers. Scabola, quod male Mutij dictum
accipit existimans voluisse supposita probatione Domi
num, quasi sine actione agere non posse, imo et si com
prohem. inquit Scabola. puto adhuc negotiorum gestorum
actionem esse; quasi dicat, non est necessarium, negotiorum
gestorum actionem, qua ratione inale gesti negotij domina
Competit, non nactam a principio affirmemus, ut ve
rum sit gestori domino pro domino probante non tene
ri; quia et post probationem negotiorum gestorum actio
durat, veluti si negotium tuum utiliter gerant, quo
casu teneri mihi, ut præter quidquid eorum nomine vel
abest, vel absfuturum est. l. 2. hoc. tt. quod mihi faciã
imo nobis ratum habere negotium, ne mihi contrario
Judicio negotiorum teneari, debet cogi, apud Iudicem
pro rato haberi, quia et ignorans mihi obligari. d. l. 2.
§. 1. instit. de obligat. que ex quasi contractu, id quæ ex
magna absentium utilitate, quam ponderat Consultus
in l. 1. hoc. tt. l. 5. de obligation. quam ratohabitione
quia coacta nemo dicit tollere negotium gestorum act.
imo adhuc superest directa domino, ut gestorem cogat

Actus gesti reddere rationem contra gestori, ut illi domi-
nus gratet quid quid in rem eius. Utiliter impendit, qua-
re quemadmodum hic, et domino probante negotio
gestor actio durat, ita et adhuc manebit, si non apud
Iudicem, sed apud se negotium probatum fateamur

Quod ne si admitta-
mus illud, neces. euincet, quod in vers. ceterum Sc-
bola noster ponderat, nempe quod si a debitore meo ges-
tor debitam pecuniam exigeret, item si rem meam
Vendiderit, et prouabi nulla mihi superit actio, ut
quod ex his negotijs retinet recipiam, quoniam in
Pomponij post probat. negotij gesti actio non petit
at mandati esse non potest, quia gestor absente vel
ignorante domino ad negotia eius accessit, unde man-
datum non est, ut mandati iudicio teneatur, un-
de similiter prouenit quod sublata negotioy gestor
actione, si quid gestor utiliter in negotium meum
impenderit deficiente actione, a me recipere non po-
test, et sic alter sine iure remedio remanebit in
damno quod nefateamur, melius est affirmare ut post
ratibatione adhuc negotioy gestor actionem esse
idest, nasci a principio, et durante et probante domino

Sed fallax vide-
t. hac Scbola argumentatio, que concludit sup-
posita Pomponij interpretatione nullam esse in hac
specie actionem, imo mandati actio competit, nam

etsi

Et sic utique hoc mandatum non est, est tamen rati-
 habitio, quae cum mandato comparatur. l. 12. §. 1. et
 solut. regula. ratihabitio in d. sufficiens est ut domi-
 no negotiorum mandati iudicio teneatur, quod est expre-
 sum in l. semel. Co. de regul. iuris. imo et secundum
 Pomponium negotij gestor actio superest, nam Pomponius
 affirmabat, quod et domino probante, adhuc pro dolo ma-
 nebat actio negotiorum, at in hac specie dolum committit
 gestor, qui quod ex negotijs Domini retinet, non restitu-
 it, vel est dominus siquid gestori abest, non solvat,
 l. si procuratorem. d. §. dolo mandati. l. 1. §. ult. depositi.

Sed recte Scabola nos-
 ter nec mandati actione agnoscat, et domino proban-
 ti negotij gestor non mandati, quia qui approbavit
 non constituendi et contrahendi mandati animum ha-
 buit, quod necessarium est, ut sit locus. d. l. 60. sed
 magis a probandi negotij sui, et si male gesti: quod vel da-
 re debemus negotiorum gestor actione, vel si tollimus
 nulla superest, quia utique mandatum non est, nec
 enim dolum committat, qui non restituit, quod ius non
 iubet, denegata auctoritate, quod futurum esset in hac
 specie sublata negotiorum gestor actione recte ponderat
 Scabola in vers. ceterum, alias enim si daretur actio
 pro restitutione, qui non restituit in dolo est d. d. §. do-
 lum et d. §. finali qui sic intelligi debent, quod obser-
 va, nam si admittas resolutiones Ursaldij lib. 11. comment.

C. 15. Litt. D. inexcusabiles erunt dicta difficultates
Sed si Scabola
affirmat et post probationem adhuc negotiorum gestorum actio
ne esse quid est quod Quintus Mutius volebat, dum
affirmat si negotium a te, quamvis male gestum proba-
vero, negotiorum gestorum te mihi non teneri, nam hoc su-
mmum habet rationem in eo quod reprobare non potest
semel probatum. l. dispensatorem de solutione. l. post
mortem de adoptionibus. c. quod semel in C. sed hoc
Verum esse potest, eo modo qua Scabola admittit, et
quemadmodum, ut non deficiente actione, ut Pompo-
nius putabat, sed ea manente, sed inefficax propter
exceptionem mihi non teneri, quemadmodum si gestor
utiliter gerat, et de minus agat directo iudicio nego-
tiorum apposita exceptione, quod utiliter gestum fuit
negotium eius, necesse est apud Iudicem pro rato habe-
re, ita et apposita exceptione, quod negotium quamvis ma-
le gestum, dominus probavit, et approbare tenetur, omne
quod ab ipso probatum est, quae exceptio si etiam doli inter-
cedat, veluti qui non restituit quod exigit a debitori-
bus, vel quod ex negotiis Domini retinet, poterit doli
replikatione elidi, et ita manente actione negotiorum
gestorum, nec gestor remedio restituitur, nec dominus
alter probare cogat, semel probatum, alter rem suam
recuperet, si qua abest ad. l. divorcio. 35. eode tit. de nego-
tiorum gestis.

Ad legem

De iuratio. 35. eodem

Non minus elegans et singularis est questio, quae 2. loco ex hoc libro à Scabola nro proponitur in l. de iuratio. 35. de negot. gest. et si non ita difficilis habeatur, ac praecedens iam vidistis a gestore qui voluntarium gerit negotium. l. 9. §. praestat de rebus auctoritat. iudicis possid. illud exigi ut gerat bonum et diligentem patrem familias, quasi immiscendo se alienis negotijs, hoc promittere censeat, unde quemadmodum bonus paterfamilias, qui creditores habet et pecuniam sine causa recte facit, suam illis erogando ipsos absoluat, ita et gestor, si qui domini negotijs iudicio imputet, si forte pecunia, et sine culpa sua pereat, quod cum ut verum affirmet Paulus in l. debitor. 13. Vers. nam si hoc. tt. nempe totius pecuniae, quae perijt gestore periculum praestaturum, quod est quod postea proficitur gestatori decem, quae impendit retenturum, nec etiam quae sibi non soluit, domino perierint. = quae de causa etiam hanc pecuniam gestori periculo esse, iam antea recte affirmaverat, deinde cum gestorem ad nobem restituenda cogit cum quinque debita iam iure compensationis minuta, censeantur, difficilis est Paulus, nisi dicas verum esse periculum

Totius pecuniæ me præstaturum propter culpam ad-
missam in eo, quod cum possem mibi et ceteris
creditoribus hereditariis non solum, quo modo, ut nec
conditione ex mutuo nec conti^o iudicio, negotij gesti
vel creditam pecuniã vel impensam consequi po-
sem, ab herede qui postea existat, imo ipse pro heri-
tariis quadraginta recuperandis negotiorum gestorum
actio dabitur, quod si quinquaginta vellim debitare
tinere mihi iure non possum, imo restituere teneor cum
alijs. 40. quia cum mihi debeantur ex stricto iudi-
cio. Mutui, ipso iure non sunt minuta per compensa-
tionem, sed opposita doli exceptione. Et in bonæ fidei iuri-
tut. de actionibus. nec interest quod iam dominus prop-
ter culpam iam agit negotij gesto que est actio bonæ fi-
dei. Et actiones, instit. de actionibus. ut sic ipso iure ad-
mittamus compensationem, nam ego non retinere volo
ex eodem iudicio, sed magis ex iudicio mutui, quod ubi
etiam est, aut so, que utiliter in hereditate impendi
iudicio negotiorum gestorum quod in bonæ fidei debentur
L. 6. §. ult. cum. l. sequenti hoc t. et ideo nihil mi-
rum quod tanquam ipso iure minuta per compensat.
possum retinere ex quo colligitur singula Verba con-
sulti recte convenire cum iuris principijs, ut sic non
sit necesse affirmare cum Antonio Feb. esse glossam ali-
cuius imperiti interpretis in textu irrepisse.

Unde provenit quod si non

Creditor

Creditor sed debitor Domini negotiorum sit gestor, tenetur
 ubi primum potest, et a se exigere et negotijs domini debi-
 tam pecuniam inferre. l. 6. §. ult. hoc. tt. alias quia est
 in culpa. l. 29. §. quod aut. Senatus de petit. hered. l.
 31. mandati. l. tutoribus de fideiussoribus. pot. super debita
 pecunia negotiorum gestor actione sueniri. l. pro cultus. 18.
 hoc. tt. l. 9. §. preterea de peculio. Paulus lib. 1. sentent. li-
 b. 4. §. tutor unde suenit, quod si gestor sine usuris debet
 pecuniam, velati ex stipulatione, vel alio stricto iudicio
 in quo usura non veniunt, nisi super eis nominatum fiat
 interrogatis si a se non exigat iam quasi debitum ex iu-
 dicio negotiorum gestorum incipit esse usurarium. d. l. 6. §.
 ult. vers. et si forte. l. qui sine usuris. 38. hoc. tt. l. et
 in contra. 39. de usuris. l. si mater. C. eodem. Paulus d.
 tt. 4. §. si pecunia et hoc quia iudicium negotiorum est
 bona fidei §. actionum, in l. de actionibus. et sic iudicij
 officio veniunt usura. l. 7. de negotijs gestis, item si ea
 causa fuit obligatus que certo tempore finiebatur velati
 redibit. et dum gerit, quia sibi non redibit tempore
 liberatus est, tunc quasi debitor ex negotio gesto quod
 perpetuum est etiam post tempus exactum pot. sueniri
 si. l. 8. vers. et ideo, l. at qui. 19. vers. sicut huius hoc. tt.
 etiam si gestor penali iudicio tenebatur quod heredem
 non constringit. §. in l. de perpet. et temporal. nec si
 bi soluit quasi iam debitor ex quasi contract. negotio-
 rum heredem suum relinquit obligatum, d. l. 8. in fine

Principij iuncta l. 12. l. 49. de oblig. et actionibus. idg
erit dicendum si cum possim a ceteris creditoribus n
exigit l. 8. in prio iuncta l. 6. §. ult. hoc tt?

Insuper aduertere oportet quasdam esse personas eius conditionis ut à certis
quibusdam quibus obligati sunt non insoludum, sed
in id dumtaxat quod facere possunt suuementer et con
demnanti, quas enumerat Ulpianus in l. sunt perso
nae 17. cum sequenti de re iudicata, Imperator in §.
sunt praeterea instit. de actionibus. inter quos equissi
mum est soluto matrimonio hoc competentie cum
concedi privilegium. l. maritum. 13. l. 15. l. 28. l. si
maritus 43. soluto matrimonio. l. patronus. 17. l.
si cum procuratore. 13. de re iudicata §. item si de
dote instit. de actionibus. id que vel quia reuerentia
debetur, materiali vel unica §. cum autem. C. de rei
uorae act. quod est in causa cur eleganter neget Pom
ponius seruandam ouentionem quam maritus paciui
tur ut insoludum condonnetur, quasi pacto hoc quod
maritali reuerentia seditur: boni moru offendantur
l. alia. 17. §. eleganter soluto matrimonio. l. quia cum ueri
et uorae sit commixta familia, et una domus. l. 1. §.
si uiri ad senatus consultum Silam. l. 1. de act. rer. amo
rarum. l. si rerum. 52. de re iudicata, cuius causa quodam
modi spij reputantur Instum est, ut quemadmodum
alijs sotijs ita et marito hoc exigendi beneficium conce
datur

datur, et haec est illa ratio cur in persona mulieris idem
 observandum affirmat Modestinus in l. non tantum 20
 in fin. de re iudicata. quam iam antea inveniaturat
 Ulpianus in l. ex diverso. 17. §. item. si mulier solu
 to matr. quam cum ignoraret Quac. existimavit lib. 24
 obseru. Cap. 38. et lib. 2. different. Modestini ultima Ver
 ba d. l. non tantum Tribonianus esse non Modestini tunc
 autem facere posse Maritus intelligitur qui dote soluta, ad
 hoc ne egeat, facultates eius partiunt. l. in condemnat.
 152. alias. 173. de regulis iuris. d. §. item, si de dote
 inst. de action.

Si positus finge, quod diuortio
 facto (erat enim permissum l. 12. tabul. l. penult. iur
 Ita supra inscriptione ad. l. Juliam de adulterijs. fiebat
 que. Vel usurpatione, vel diffamatoe, l. remanipat.
 Vel si res suas, sibi habere iubebat maritus aut ad
 mebat clanes.) negotia uxoris gerit non dotalia, sed et
 alia extra dotem, (alia enim si dotalia gerit, non est
 necessarium ut eo nomine negotiorum gest. actione te
 neatur, an dum gerit, facere possit quod nostra lex 32
 requirit expresse) si ergo alia negotia gerit maritus
 gerit raro, an pro dotis exactione negotiorum gestorum uxori
 ria actio competat, recte Scaebola tunc negotiorum gest.
 actionem pro dote concedit mulieri, si maritus dum
 alia negotia gerit facere potuit, nam cum maritus ra
 tione dotis accepta uxori debitor sit, et quia cum posset

a se dotem non exiget, in negotio gesto, culpa reus sit
nihil mirum quod dotis nomine uxori negotiorum gesto
rum iudicis teneatur a Legem d. q. contraria hoc
t. cum alijs. Legatis quod si non tantum habebat
in bonis, ut sibi solvere posset, quia etiam si a se non
exigat cessat culpa, ut et negotiorum gestorum actis, ut ele
gantur Scabola, inquit, in prio nostra legis.

Nec sine fru
ctu est nostra inquisitio imo maximi momenti, su
pponamus, maritum postea patrimonium amisisse, na
tum si negotiorum gestorum actio cessat, ut rei uxoria
maritus pro dote convenitur in illud tantum quod facere
potest convenietur. l. maritum. 13. solut. matrim.
l. Unica q. cum autem. c. rei uxoria act. alias si
dum posset, a se non exiget, plena erit pro dote negotiorum
gestorum actio, hoc est, in solidum convenietur, etiam si
patrimonio amisso, maritus solvendo non sit, quod ele
gantur Scabola considerat in vers. ^{co} sed et postea, quasi
nam non ex contractu dotis, sed ex quasi contractu ne
gotiorum contra maritum actio sit in quo maritus non uti
tur competentia privilegio

Sed cum Divi Sij restitutio hoc
marito concesserit, ut non tantum rei uxoria actione
pro dote convenitur, sed ex alijs quoque contractibus uxo
ri in quantum facere potest, damnaretur. l. non tantum,
20. De re iudicata, cur non et quasi, contractum negotiorum

hoc

Hoc privilegium Scabola extendit, hoc est, eo quia di-
 vi Pij constitutio de qua in d. l. non tantum illorum
 tum contractus respicit qui constante adhuc matrimo-
 nio habiti sunt, non qui soluti, nam in hiis mari-
 tus, iam quasi uxori extraneus in integrum damna-
 tur, q̄ merito in quasi contractu negotiorum, iam divor-
 tio facto celebrato quasi deficiente institutione plenam ne-
 gotiorum gestorum actionem Scabola agnoscit, sed hoc sa-
 tisfacere non videtur, cum hic quasi contractus ex ob-
 latione dotis trahat originem, unde quamvis incipiat
 adhuc soluto matrimonio, adhuc causa, et origo pro-
 ducens obligationis impia debet, non potestas iudi-
 cis negotiorum quemadmodum si maritus solo matrimo-
 nio et contractus celebratur, et constituti actio nascatur
 adhuc tamen maritus uxori in quantum facere po-
 test, condemnatur. quod scriptum est in l. 3. in
 principio de constituta pecunia iuncta l. si quis. 23. de
 donationibus. sed hoc speciale est in constituto, quia
 non esse cum sit pactum nudum, sed iuncta pre-
 cedente obligatione a pretore, ut res accipit. l. 1. de
 constituta pecunia. §. de constituta, ubi notant
 interpretes in l. de actione. unde nihil mirum
 si soluto matrimonio superdote fiat constitutum
 adhuc maritus in quantum facere potest condem-
 netur, quasi cum constituto, causa, et origo prece-
 dentis obligationis, simul concurrat. d. l. 33.

que sic intelligi debet et quasi contractus negotiorum
secundum rigorem iuris civilis cum habet obligandi
unde non est cur causam, et originem precedentis obli-
gationis inspicatur.

Sed quando facere potest maritus
condemnavimus ut in culpa sit, si a se non exi-
git, an si in ipso negotiorum ingressu, si locuplex sit
statim in officio deliquit, si sibi non solvit, recte
Scaevola duplicem bonorum speciem distinguit in ma-
rito, vel enim talia erant, ex quibus solvere statim
poterat, veluti quia sufficientem pecuniam habebat
et hoc casu si a se non exigat, statim in culpa est, et
sic in iudicio negotiorum, etsi postea patrimonium
amittat, veniet in solidum condemnandus, quod
si non in pecunia, sed in alijs bonis facultates suas
habebat maritus, que necessario prius detrahenda
erant ad pecuniam redigendam, ut ex ea sibi satisfac-
ceret, tunc si non illico sibi solvit non est in culpa, imo
arbitrio iudicis preterire debet aliquod temporis quo
cessare videatur, hoc est in quo posset res suas detrahere, quo
elapso iam cessare sua culpa videtur a solutione et ex
tunc negotiorum gest. actione tenebitur, unde si eveni-
at quod per id tempus quo agit de rebus suis detrahens
dis patrimonium amiserit, cum adhuc in eo quod sibi non
soluerit, culpam non contraxerit, negotiorum gestorum ac-
tione, non poterit suaveri, quemadmodum non conveni-

ret

Jur, si tunc facere non possit maritus. imo conventus rei
 uxoris actione privilegio suo utetur.

Hac recte si ponamus
 maritum amittere patrimonium, sed si locuplex propona-
 tur, cur tunc negotiorum gestarum actione inducimus, quemad-
 modum nec inducitur, si debitor, qui sibi non solvit locuplex
 sit in vers. ceterum non de legi, sed in vers. ceterum, quia
 nullius momenti est actio negotiorum, cum omnia precedenti
 obligatione vindicaretur, non inducitur, at in nostro casu,
 periculum est, quod maritus facere desinat. quo casu nisi
 a principio inducamus negotiorum gestarum actionem non in so-
 lidum sed in quantum facere potest, sumentur, unde
 maximi momenti est, quod etiam si facere potest ma-
 ritus negotiorum gestarum actionem inducamus, ut si forte
 patrimonium amittat in solidum teneatur, nec mirum
 quod adventitius casus bonorum mariti hic computetur
 cum hoc intrinsicum sit, ad actionem negotiorum ges-
 tarum inducendam, licet alius cum d. interesse
 agitur, vel danda seruo libertate ab eo qui solvendo
 erat, quasi quod his actionibus extrinsecum. Vanum timo-
 ris Timatio reputetur in l. 13. de re iudic. l. 6. qui
 et a quibus.

Ad §. illum autem, Fuitus legis

de negotijs gest.

11
Constat ex supra dictis maritum qui cum posset do-
tom a se non exigat, negotiorum gestor actione teneri
quemadmodum quilibet alius debitor qui debitam pe-
cuniam domini rationibus non intulit: at si bona-
mus gestorem pignoris debitorem, cuius causa pecuni-
am domino crediderat, non statim ad redendum pignus
istud obligavimus, sed tunc si cum pecunia ei debeatur
in negotio sit, quod sibi posset exolvere, quo casu et si
sibi non solvat, si tamen potuit, quia culpa interven-
niente perinde ad redendum pignus obtrahitur
negotiorum gestor iudicio, ac si sibi voluisset, at si in
rebus non est pecunia, cur ad redendum pignus tene-
bitur sui imputari non potest, quod si non absolvat
l. 9. §. sicut. de administratione tutorum.

Pariter dicendum
si debitor mancipij morbosus ad negotia emptoris accessit
nec mancipium in rebus invenit, quod sibi posset re-
dibere. vel si inveniit, non accessiones quae eius nomi-
na habita sunt, veluti peculium non pretium quod si
ibi illud satisfaceret, quod deterior servus venditur, a-
ppud emptorem factus esset non partus, non acquisitio-
nes servus venditi, veluti mercedes, fructus, legatum,
hereditas, et alia de quibus in l. 23. cum alijs de edi-
licio edicto, nam cum haec omnia gravis emptori ven-
ditorem prestare, ut pretium consequeretur iuberent
aediles. l. 1. vincta. l. 25. §. ultimo. l. illud 29.

l. 57.

L. 57. de edilit. edicto, secundum legem facit gestor
 qui cum hac in negotijs non inuenit nec ab emptore
 iam receperat, seruum, sibi non redibunt nec pretium
 in res domini conuertit, quare eo nomine deficient cul
 pa negotiorum gestorum actio cessat, imo elapsis sex mensi
 bus intra quos intentatur L. 28. L. cum sex. de edil. edic.
 redhibitoria peribit, ut optime Scabola affirmat in
 Vers. sed nec redhibitoria, aliud si seruum cum accessio
 nibus, et alijs supradictis inuenit, nec sibi redibunt, ne
 tunc etiam post tempus exactum negotiorum gestorum teneb?
 tur. L. 8. Vers. et ideo. L. 19. Vers. sicut hoc tt.

Sed haec omnia eo
 dicta accipienda sunt quia plus est in actione negationis
 quam in actione antiqua, sed si antiqua actio tantum
 habeat quantum actio negotiorum, veluti, quia ex
 causa perpetuae obligationis similiter descendebat, etiam si
 debitor ita locuplex proponatur, ut quale potuerit exigere
 non est cur ad hoc attendamus causa inducendi negotio
 rum gestorum actionem, quia cum eodem modo gestor
 ex antiqua actione condemnatur inutilis esset huiusmodi
 inquiritis, nisi antiqua actio erat stricti iuris in qua
 non veniunt usuraria quia tunc ratio usurarum,
 quarellam mouet, ut actionem negotiorum gesto
 rum inducamus ut ubi ex tunc debitum incipiat
 esse usurarium. L. 6. §. ult. L. 7. L. qui si re
 38. hoc tt.

Unde provenit quod si ille
qui ex causa perpetua obligationis pupillo tenebatur
ipso postea tutor datus non sibi solvit semper tutela actio-
nem inducimus quia cum pro tutela actione sit a iure
tacita hypotheca l. pro officio. Cod. de admistrat. tu-
torum. l. 19. §. 1. de rebus aucthor. iud. possid. l. 9. §. si pa-
ter familias. in fin. de admistrat. tut. semper inter-
est ex prioris obligatione solvi, ut tutela actioni debe-
atur quod si non solvatur quia ex tutoris culpa sit, cum
huius debiti nomine actioni tutela invenietur, nec hanc
Scaebola veritate intendit illo modo improbare Ulpianus
in d. §. si pater famil. vers. ego, ibi si facultatibus Sibi
et ut faber existimat cum ibi longe diversa species
proponitur in qua nec pupillo tutor debitor proponitur
sed quidam extraneo, nec quid quid adhuc pupillo
interest quantum sit fideiussor, si tutor locuplex sit, cum
possit solvere aliud, si tutor qui debitor erat principa-
li facultatibus Sibi incipiat, quia tunc iam pupi-
llo interest, ut actione tutela sibi debeat
ut si tanquam fideiussor solvit si non ex bonis
tutoris quia inopia solvendo non est, saltem ut
ex auctoritate fideiussorum ceteris prior recuperet

Ad l. respiciendum. §. de

Rebus creditis si certus petatur.

His verbis, quae ex Scabola no. l. 1. quaestionum in hac lege, referunt, intendit Tribonianus. nos ad hoc dente P. P. differe applicare, quia P. P. asserbat non suspendi stipulationem cuius conditio impens, vel praeteri-
tu tempus confertur: ut si despiciamus an adaequata ratio praecedentis decisionis nostra lege contineatur, necesse est antecedentem prius examinemus:

Cum Conditio
nisi vera, et propria natura sit indubium futurum
eventum dispositionem conferre, ut in l. itaque 39
hoc tit. et in l. si ita stipulatus fuero. 120. de V. O.
fatetur P. P. iam vera conditio nisi proprium sit intem-
pus advenientis casus, et suspendere et differre obligat.
Et sub additione, instit. de verbor. oblig. sed hoc itum tan-
tum conditio nisi, quae Legatis adijcitur, peculiare videtur
Cum pendente conditione. nec creditor, sit Legatarius
nec sibi interim quid quid debeatur, l. is qui. 42.
de oblig. et actionib. l. in fraudem 27. qui et a qui-
bus. l. Legata. 41. de condit. et demonstrat. at con-
ditio quae stipulationis vel alij cuiuslibet contractus adij-
citur, nec suspendere videtur, nec morari obligat.
cum ex presenti vires accipiat. l. usus fructus 26. de
stipulat. servoz, et creditor sub conditione interim
Creditor appellatur, in d. l. is cui. et d. l. in fraudem

L. conditionales § 4. de verborum significat. sed non
quae sub conditione stipulatio sit statim vires acci-
pere affirmet. d. l. ususfructus, non quia sub conditio-
ne debetur interim creditor appellatur. ex istis condi-
tione pendente, iam contractus obligationis esse cum hoc
neget Iustinianus in d. §. sub conditione, sed quia ob-
stantes sub conditione iam ab initio alter alterius fide
sequitur, ita ut iam non liceat altero invito a contra-
ctu recedere, haec sunt vires, quas stipulationis conditio-
nalis ab initio habere fatetur. d. l. ususfructus, haec de
causa creditor sub conditione interim creditor dicitur
in Iuris allegatis, non quod obligatio conditionalis
iam obligatio sit, ut fatetur Paulus. in d. l. ususfructus
& quantum, quae sic intelligi debet, sed quia propter § 3.
quae est debitum iri, iam ab initio mutua fide sunt
obstantis ad legati conditiones cum a sola voluntate
testantis pendeant, quae de ambulatoria est ad mortem,
non est cur initium consideremus, sed tempus ad im-
plete conditionis, unde nec Legatum vires accipit ex pro-
senti, nec interim Legatarius creditor dicitur.

Cum ergo obli-
gationem conditionalem, etiam ex contractu interim
obligationem esse affirmetur, recte inde constitutus est, cre-
ditorem sub conditione, veluti si Titius consul factus
fuerit pendente conditione ex contractu, agere non potest
L. certi conditio §. l. pecuniam. 36. hoc tit. l. bobem § 3.

§. sub conditione, de edilitio edicto, non quasi male agat
 ut quibusdam videtur. L. unica, in fine, q^{do} dies usus
 fructus Legati ced. L. non solum. 7. §. Ult. de Lincrat. Lega
 ta. §. penult. instit de acceptilat. sed quasi deficiente
 actione nihil agat. L. conditionale. §. 4. d. Verborum sig
 nificatione. D. L. Ususfructus in fin. ut ex dicta L. certi
 conditio optime notat. Accursius. Verbo non potens.

Hac cum Stipu
 latione sub propria conditione facta, ita vident recte
 Pomponius in L. cum ad presens. 37. hoc tt. aliud di
 finiebat in ea, cuius conditio in presens. L. preteritum
 tempus. confertur veluti si Rex Partor vimat se Titius
 Consul factus fuit, nam cum hac adiectio non indu
 bium futurum eventum Stipulationem conferat, sed
 magis incertum, non vera conditio est, sed figura con
 ditio nis, unde nec suspendit, nec differt Stipulatio
 sed si vera est adiectio, statim tenet Stipulatio, si
 autem falsa statim obligationem infirmit. L. condi
 tiones. 50. L. si ita Stipulatus. 120. d. V. O. §. condi
 tiones instit. eod. hinc quia si quis instituitur, sub
 conditione de presenti, L. preterito, vel statim valet
 institutio, si vera est adiectio. L. non potest esse ha
 res, si non sit: eleganter affirmat Pomponius in L. cu
 m. 2. 16. de injusto rupto, vera existente conditione
 statim rumpi prius testamentum, vel non rumpi, si
 falsa proponatur, quasi ex cotestam. non sit heres, qui

quæ posset adiri hereditate, quod ad infirmandum præ
us iudicium videtur factum omnino necessarium est. L.
2. eod. tit. & posteriori, quibus modis tunc infirmantur
hinc quantum nullum sit tit. patris, si filium in potestate
sub ea conditione instituit, que non sit in eius potesta
te. L. g. de hered. instit. I. si pater. C. de inst. et sub
stit. I. filius à patre de libert. et posth. nisi pendente
conditione pater decedat, filius præteritus se inveniat
9. L. inter cetera: d. Liber. et posth. recte tamen sub
ea conditione instituitur, que in præsens. I. præteritum
tempus confertur: I. institutio talis. §. ult. ff. de edi
tione inst. quia nulla est conditio que in præteritum
tempus concipitur, imò si impleta est, et pure insti
tutus est, aut si non est, nec hæres institutus est, et
elegantè Ulpianus loquitur in L. 3. §. si patronus
de bonis libertorum, idem in posthumis sub conditio
ne instituto dicendum est, si prius quam nascatur
conditio præterit. I. cum posthumus. §. de liberis
et Posthumis.

Hinc etsi obtinuerit
Impossibiles conditiones tit. adscriptas & nulli ha
berè. I. obtinuit cum Vulgatis. detondit. et demonst.
illud ad conditiones impossibiles infuturum conceptas
referri oportet, nam ad eas que in præsens vel præ
teritum tempus referuntur nec d. evincit. I. si Ma
ria. §. de heredibus inst. nam Verbu Verunt

de

De quo in tunc quid quid reluctetur Accus. non pre
 sens tempus respicit, sed futurum, quemadmodum
 in L. multa §. 1. de condition. et demonst. quod
 subtiliter ex Verbo cum supervenisset cum Cume
 no notat Acosta .1. select. c. 11. nec ignoravit Cu
 iacius in d. L. cum in 2. Unde etiam tentari po
 test actus legitimus, qui p̄dici, et conditionis adije
 ctione viciantur L. actus. 77. de regul. iuris. aditione
 de presenti admittere, quasi si conditio adimpleta est
 pura sit obligatio x. d. L. 3. §. si patronus de bonis
 liber. quamvis enim nullam esse adjectionem, qua hares
 ita addit hereditate si solvendo est, fateatur Africanus
 in L. cum qua. 11. §. ult. de acquir. hered. hoc non exco
 puenit, quod actus legitimus sit ut Vulgo putant
 interpretes, sed magis quia adjectio hereditatis, animi
 destinatio fit. L. 19. cum alijs de acquirend. heredit. fir
 ma et certa esse debet. L. in totum 76. de regul. iuris.
 qualis non est qua sub illa adjectione concipitur.

Hec si contrahentes
 sciant tenere conditionem cum quo ad ipsos iam obliga
 tio sit, ut peti possit, quod si ignorent, ad hoc tenere
 stipulatione fatetur P. in d. L. cum ad praesens vers.
 quamvis in d. L. si ita stipulatur. 120. idque ex elegan
 ti ratione, que in nra L. respiciendum ex Scabola
 continetur, qua non statuentur ignorantiam vel scien
 tiam, sed quantum in natura hominum possit solvi

Inspicendum, utendū recte in natura hominū
desit Scabola, nam si hominem captum scientia
excedat quantum in natura rerum habeat certitu-
dinem magis inscientiam nrām quam res natu-
ram in qua omnia certa sunt, si futura utique
fierent inspicendam admittit Paulus in l. sed et si
restituatur. 28. §. ult. et Iudic. unde nec filio matris
pregnante ex qua in rerum natura certum est unum
tantum nasciturum interim ut à debitoribus par-
te dimidiam crediti petere possit, pendente posthu-
morum natiuitate scedi, sed quartam partem quod
prudenter iuris, aut soris mediētate quamdam re-
quirit. Statuisse ipse fatetur in l. 3. si pars hered. pet.
ex ratione legi. 75. in prio de rebus dubi. ita tamen
ut augmentum recipiat, et diminutionem ex ca-
su postea eueniente. l. 4. eod. tit. quod si interim plus
quam quartam partem petat eam ex qua in rerum
natura heres est pro numero liberorum qui nasci possit
propter penas plus petentium iam nunc amittere recte
probat Iulianus in l. si pater 36. de solut. quod op-
time in filio emancipato pcedit, cuius scientiam ut
possit hereditatem adire inspicimus. l. ventre. §. 4.
de acquir. hered. et in suo herede, quia etiam igno-
rans heres fit, non in scientiam nostram, sed rerum
naturam intuemur, unde si unus nasciturus est, recte
interim mediētate competet. l. cum quidam. 36. §. cum
hered.

Heredem de acquirend. hered. si autem nullus, iam
 nunc ex auct. heredes est, et si pendente posthumina
 tuitate decedat ad heredem suum transmittit. Illud
 §. si pars hereditatis petatur. l. 3. §. et autem tran-
 sactam de iur. et legitimi, quod non est in filio eman-
 cipato d. l. ventre.

Quibus notari potest
 Tribon. qui in §. conditiones, in l. de V. o. cum hanc
 Scabola ratione explicaret non hominum natura
 intuendam, sed qua rerum naturam sunt certa
 inspicendum dixit, quasi nihil intersit, an in ho-
 minum, an in rerum natura, scientia sit, cum ta-
 men contrarium et verum fateatur Paulus in d. l.
 sed etsi. §. ult. et iura allegata, unde ut ratio sue
 riat rerum, sed hominum in d. §. conditiones
 respondendum existimo, etsi nemo ad huc obserba-
 verit nisi rerum natura pro eodem, atque homi-
 num natura violenter explicetur.

Eo huius iam stat
 quod si in praesens vel praeteritum conditio confertur
 iam tenere stipulationem, etsi contractentes igno-
 rent veram esse conditionem, sed ut in iura lege res-
 picendum, intendere videtur Scabola, eum non
 deberi, sed debitum iri fateatur, quae verba sunt de
 futuro, et non dum contractam obligationem explicant
 §. ex conditionali in l. de V. o. quod cum I. P.

explicans adverteret Cuiacius Verba hæc, ita accipiebat; quasi vellent debitum iri; Statim ut sic verba hæc sint de presenti non de futuro, ego cum viderem hanc rationem, quæ hæc Lege continetur illi tantum causa applicari, quo conditione tenere ignorant contrahentes, quo casu semper suspenditur petitio, quousque adveniat notitia. Verba hæc: debitum iri, non ad obligationem, sed ad petitionem referebant, quasi vellent Scabola si debet si quodam modo stipulatione sub conditione de presenti, quam veram esse ignorant contrahentes, cum interim peti non possit, sed cognita veritate tunc deberi. quia tunc et obligatio est et ex ea petitio

Ad. l. m. quod maior. 19.

ff. ad municipalem

Probat ex hoc libro nostro questio quæ in l. quod maior ad municipalem continetur, in qua Scabola docet se eo habere, ac si omnes egerint, quod maior pars Cuius efficit regula iuris est, quam nunc explicare intendimus quæ etiam ex Ulpiano refertur in l. aliud 160 § 2e fertur de regulis iuris non tam civili quam canonico iure recepta

uria et si quando immunitatem significet

ficet, ut in cap. si quis sacerdotem. c. Statuimus
 .11. q. 1. aliquando locum, quo publica cura geritur
 teste Febo Pompeo, quo modo accipit in l. 38. & Ju
 dices de penis, hic tantum et in l. 3. quod cuiusque
 Universitatis illam municipium partem designat
 cuius rebus Reipub. cura expeditur. l. 2. in pro de ori
 gine iuris; Unde decuriones dicti parte illa populi con
 cilij publica gratia conscripta. l. 239. & decuriones. de
 Verborum significatione; hinc curia civitatum dari pro
 eo quod decurionem creati dixit Imperator in §. ult.
 instit. de nupt. et in §. quibus, ubi Theophilus instit.
 de heredit. qua ab intestato, unde constat de illo tan
 tum testamento agere Scabola in hac lege, qui
 propter Reipub. curam expeditur, in quo si decuri
 onum desidentes sunt sententia maioris partis iudi
 tis standum per unde Statum est, ac si omnes egerint
 quasi maioris partis concordia tantum collegium repre
 sentetur, ne si singulorum concordia requiratur frequenter
 negotia sine exitu futura sint, propter naturalem ho
 minum addiscentium facilitatem. l. item si 27. §.
 principaliter de receptis arbitris. l. 1. de libert. Univers.
 l. quia poterat. 7. §. ad S. C. Trebell. qua regula iure
 etiam canonicis recepta est, siue de ecclesiarum utili
 tate agatur. c. 1. de his qua fiunt a maiori parte
 C. auth. hoc ius receptum. C. de sacros. eccles. siue de
 ordinat. c. ex ore eode tit. c. 1. c. episcopus. 65. dist.

c. Licet. 6. in fine. c. coram. 35. c. in genesi. 35. c. eade-
ria. 97. et saepe alibi de electione.

Hinc quoties omni-
um de collegio vel communitate consensus requiritur
ut in l. 7. in fin. C. de omni agro deserto Lib. 11. ten-
tari potest maioris partis subscriptioni suppleri, ut in l.
Vbi. 19. de tutor. et curator. l. penult. C. de pred. decu-
rionum. Lib. 10. l. ult. C. de bendend. reb. civit. Lib.
11. quasi maiori parte omnium consensus explicetur
ita tamen si non contrarius Lex disponat, nam si con-
cordem omnium sententiam, seu ut melius loquar
nullo reluctante requirat ut in novela. 15. §. ult. in
fin. c. cupientes. 16. §. ad haec. c. ubi periculum. 3. §.
1. Vers. idem quoque Cardinales. de elect. in 6. maio-
ri partis non sufficit auctoritas, quemadmodum
si pro electione duarum partium requiratur consensus
ut in electione Pontificii statutum est in c. Licet. 6.
 confirmavit deinde arrogandum se prohibuit et
 ibi codillos fecit atque ita emancipatus decessit
 Valere codillos non ad ius civile expectat secundum
 quod nec t^h. valet (sic legitur ind. §. si post factum
 ibi nam nec t^h. valet, et eotempore eos fecit. etiam
 si littera affirmativa, nam et t^h. valet. sed eo tem-
 pore eos fecit non ineptasint si ad ius praeteritum
 illa verba referantur x. ea que mox dicimus I
 sed irritum fit. §. alio autem modo inst. quibus
 modis t^h. infirmantur sed expectat ad ius praetorium

secundum quod irritum arrogate ttt.^m valet da
ta heredi scripto secundum tabul. bonor. possesio
L. 1. §. exigit de bonor. posses. in tabull. §. non
tantum inst. quibus modis ttt.^a infirmantur eaq.
cum re si forte voluntatem quae defecerat arrogat.
translati omnibus bonis in arrogatorem recentis
iudicio redijse heres scriptus prouenerit a. L. gen.
ex liberis §. ult. de bonor. poss. secundum tabull.
quod recte ostendit si forte arrogatus in arrogatio
ne fecit codicillos quos ex ttt.^o antea facto vale
re voluit: argumentum res euidenter vers.
nam etsi posthumus D. Legi si post factum quod
Paulus sententiam suam confirmat, namque affir
mat quod si posthumus natus rumpere ttt.^m et de
cesserit scilicet uiuo patre, nihilominus codicilli
valent, nec mirum, nam et valet ttt.^m non in
ris subtilitate sed iure pratoris secundum quod
heredi scripto datur secundum tabull. bonorum
possesio, ea que cum re, eius rescripto Adriani de
quo in L. posthumus. 42. de in iusto rupto, quom
re recepto iniquum erat recipi voluntatem, quod
ttt.^o expressa erat, nam recipi codicillos q^o ut in
quit Paulus nihilominus codicilli valent non da
ta bonorum possessione secundum tabull. ex codici
illis sed valent ut et valere possunt ab intestato, se
cundum quod etiam concludit quod quem admodum
redit.

dit iure pretorio ttt.^m sic et valent si forte factis an-
 te arrogationem ttt.^o codicillos confirmavit et arrogan-
 dum repræbuit et ibi codicillos fecit, et emancipatus
 decensit, aliquis forte excutimavit, etiam iure civili
 hoc casu valere codicillos, argumento illius qui an-
 tea fecit ttt.^m et postea mutus effectus est; hic enim
 et si eo tempore ttt.^m facere non posuit. l. qui in potes-
 tate. 6. §. qui ttt.^o facere possit. Ulpianus t.^o 20. §. mutus
 Codicilli tamen ab eo facti valent. l. mutus. de
 Legat. 3. sed huic argumento recte respondit Paulus
 in vers. licet enim. d. §. si post factum.

Alia causa est eorum
 Codicillorum quos quis fecit in captivitate huic enim
 iure civili ttt.^o antea factis non confirmantur. l. que-
 dam. 7. hoc t.^o nec iure pretorio sustinentur, quia iure
 civili propter fictionem post Symonij valet ttt.^m l. 6. §. qua-
 tenus de in futo rupto nec posse valent ut ex eis pe-
 tatur fidei commissum, ut pote facti ab eo, qui nec ha-
 buit testamenti fictionem sed humanitatis ratio-
 ne hos codicillos effectum habere probat Triphonius
 in l. in bello. 11. §. codicilli. de captivi. et postli.
 non quidem iure pretorio ut valent in d. §. si post
 factum, sed iure civili ut pote quia eo iure valet
 ttt.^m captivi qui post Simonij redeunt in quo disce-
 rentia est inter dictum. §. si post factum. et d.
 §. codicilli, humanitatis rationem illam affirmat

Paulus. quae merum principium eorum etc. quod vult
esopli carideb et. quasi vult Tribonianus quod cum
codicilli sunt pars tti. et tti. seu confirmatio co
dicillorum in ipso facta sit si post liminum redat capti
vus perinde se res habet ac si nunquam captivitas in
tercessisset, voluntas ergo quae medio tempore captivita
tati codicilli expressa est; perinde se habet ac si in
ea captivitate expressa non esset, idque non propter se
sed propter testamentum quod codicilli confirmati fue
runt: magis enim humanum est ut valeant codi
cilli facti tempore captivitatis quam pereat voluntas
tti. expressa, quae voluit testator huiusmodi codicillos
valere, ideo quia codicilli in captivitate facti sunt sic
oportuit ratiocinari Tribonianum. ut de iure civili codi
cillos subterneret nec periret voluntas tti. expressa et
ideo perperam Antonio Faber hunc tam Triboniano
attribuit et d. §. si post factum exheredat in d. §. co
dicilli iure post liminum sustinentur, sed magis causa ser
vandi voluntatem quae tti. expressa erat
Hinc etiam si
ex tti. hereditas addita non fuisset fidei commissum ex co
dicillis quae ad tti. pertinent nullius momenti erit l.
B. §. ult. Vers. Denique hoc tti. et rupto agnoscione posthu
mi tti. huiusmodi quoque Codicilli rumpuntur. l. c.
de Codicillis, nec mirum quia ut inquit Paulus Dul
tus. in l. ab intestato. §. in fine hoc tti. tti. facto nisi
se

Sequitur eius aliena causa est eorum codicillorum qui
 sunt ab intestato. hi enim sui heredis agnitione
 non evanescunt ideo et ipse qui post factos codicillos
 natus est, et fideicommissum prestare debebit, si co-
 dicillos defunctus fideicommissum ita dedit, quicquid mi-
 hi erit heres bonorum ve possessor eius fideicommissum
 L. 3. hoc tit. aliter si ad certam personam ut puta ad
 filium quem unum habet, codicillos scripsit, tunc enim
 si postea suus heres ei adnascatur ipse fideicommissum
 non debebit sed illi tantum ad quem codicilli scripti
 sunt. L. qui gravi. 11. L. illud. 13. L. penult. hoc tit.

Merito ergo

Codicilli qui ad titulum pertinere dicuntur pro parte testa-
 menti habentur, ut ex S. Sabini pro ratione in
 libro seu Scabola tradit, namque pro parte tituli ha-
 beri nihil aliud est, quam ad titulum pertinere ut in
 eius sequi esse supplementum et correctionem tituli un-
 de est quod Codicilli observationem et legem iuris in
 di traditam servent. ut inquit noster L. 1. observa-
 tionem enim et legem iuris ex titulo traditam servare
 Codicillos non est aliud quam ut valeant scripta in
 Codicillis, Codicillos respicere ad titulum observare enim di-
 citur secundum fectum Pompeium qui observat quod
 omnis causa facere debeat secundum quod Sabini et
 Caius existimabant valere scripta in codicillis perinde
 ac valerent si in titulo scripta essent et si eo tempore.

Scriberentur quo ut in codicillis effectum scripta
non haberent et everso hoc est. In singulare co
dicilloz cuius mentio fit in L. 1. §. Codicilloz hoc
tt. secundum quod si ei seruo qui ttt. Legatum acce
perit Libertas codicillis datur Utile Legatum est quasi
ab initio dicitur Legatum. L. conficiuntur. §. si ei ser
uo hoc tt. Libertas enim codicillis adscripta perinde
se habet ac si ttt. scripta esset quod si ttt. scripta esset
Libertas nemo dicit, Utile ab initio Legatum non fictum
quod ius observatur, data etiam in codicillis Libertas
quod sine difficultate procedit q. seruo proprio Legatu
in ttt. Libertas in codicillis praestatur, non ita si ha
reditas in ttt. datur; Libertas in codicillis, tunc enim
apud veteres res ambigua fuit, alij existimantibus
institutione non valere, ne videatur per Codicillos
hereditas que sine Libertate inutilis erat firmari
quam dubitationem abtulit Iustinian. in L. penult.
§. sed cum veteres C. de necessarijs seruis hered. int.
statuendo ut seruis Liber et heres fieret

Et hinc dubi
tate sane interpretibus visum est quod Iulianus scrip
sit in d. l. 2. §. Codicilloz de Libertate seruo data qui
tut. facti tempore fuisse testatoris, et codicilloz tempo
re alienus ut h. non recte Libertas directa hinc
seruo datur, namque si verum est quod ipse inprio
scribit codicilloz ius singulare esse ut quocumque
in h.

In his scribentur perinde haberentur ac si in tti.
 scripta essent, utique dubitari non posset. Libertate
 directam testatorem dare posse, nec inter est an
 postea alienetur, quominus Libertas valeat suffi-
 ciente enim et tempore testamenti et tempore
 mortis testatoris fuisse, et si medio tempore alienetur
 l. seruis. 35. l. serui. 30. de manumiss. tti. §. pe-
 nult. inst. de sing. reb. per fidei. relicte. unde si verum
 est scripta in codicillis perinde esse ac scripta in
 tti. quemadmodum tti. data directa Libertas va-
 leret, ita et codicillis scripta, et si codicilloz tempore
 esset alienus. Jacob. Cuiac. argum. succumbit, fa-
 tetur que ei seruo qui tti. facti tempore testatoris
 fuisset, Codicillorum tempore alienus, recte Liber-
 tatem directam dari, eamque mentem Iulianum
 fuisse contendit ex Veri. e d. dicti. §. Codicilloz
 ubi cum per contrarium seu e contra Iulianus affir-
 met intelligi alieno seruo Libertatem datam qui
 cum testamentum fiebat, alienus erat, Codicillorum
 tempore testatoris necessarium est ut casus iste ad
 primum casum e d. stet. quod primo casu directa
 Libertas recta detur, secundo vero non item, quare
 abundare negationem in d. Veri. ideoque atque ite-
 rum monet Cuiacius et ideo defendendam, et sic lega-
 t. ideoque ei seruo qui tti. facti tempore testatoris
 fuisset codicillorum tempore alienus, recte Libertas di-

Directa datur. ut sic ad regulam in initio propositam
conueniat et per contrarium scet, ad casum qui proxi-
me sequitur, sed quia Vers^{us} ultimus dicti §^o co-
dicilloz quo Iulianus affirmat quod licet directe
libertates deficiant, attamen ad fideicommissaria
eundem est suadere, videtur utroque casu supra
proposito directas libertates deficere Ant. Fab. qui
etiam in tollenda negatione Cuiacio consentit to-
tum hunc versiculum suppositum et irrepetitum,
esse affirmat aditum ab imperito interprete et
quia interpretationi sua contradicit, et quia secun-
dum regulas Iuris verum esse non potest. secundum
quas alieno seruo Verbis directis data libertas usque
adeo nullius momenti est ut nec iure fideicommissi
debeat. l. si seruus Legatus. 108. §. si seruus alie-
nus. de leg. 1. l. libertates. 16. de fideicom. Liber-
tat. aut etiam Tribonianus esse non coniecturat qui
contra manifestam inru rationem ad libertates
fideicommissarias recurrit quando directe deficiunt
ut efficit in l. generaliter. 24. §. si quis seruo
pignorato de fideicommiss. Libertatib. quod etiam Tribo-
niano adscribit. sicut et l. §. ult. de manumiss.
H^o delere ergo negationem in Vers^o dicto et ideo ma-
gius Cuiacio placet quam sic illum versiculum interpre-
tare. ut ideo seruo qui testamenti tempore testatoris
fuit et codicilloz tempore alienus non recte libertas

Directa

Directa detur, quia directa libertas nisi huius da
 ri potest qui utroque tempore testatoris fuerint lll.
 et mortis l. servus. 35. de manumiss. lll. §. libertas. &
 inst. de sing. reb. p. fidei. com. relicti at servus qui
 Codicilloz tempore alienus erat utroque tempore tes
 tatoris non erat, ab hac enim interpretatione ideo de
 cedit quia primo requisito satisfactum esse existimat
 si lll. tempore servus proprius testatoris fecisset et si
 Codicilloz tempore alienus propter unum singulare co
 dicilloz tempore autem mortis recte potest hic ser
 vus proprius testatoris esse vel hereditarius additio nis
 tempore hoc enim sufficit x l. verum. 18. ff. ma
 numiss. lll. ideo quia libertas ab aditione cedunt
 Extraneo herede scripto et si necessario herede instituto
 a morte cedant x l. scriptis. 13. de opt. Legata l.
 Iulianus. 83. de condit. et demonstr.

Hucusque meliori no
 ta interpretet quorum dicta et ut tanta auctoritate
 nitantur quia tamen fide omnium librorum caret
 delere negatione nec probare possumus nec pedibus ire
 in quos sententiam nec verbo consentire presertim
 repugnante Veri. ult. eiusdem §. cui non recte ipsi satis
 faciunt, alia vero Cuiacii explicatio minus idonea est
 et ideo nec ipsi placet ergo quando in huius difficilimi
 loci explicatione adsumus modo sententiam nra
 dicamus in qua conari vnaque ab omnibus facile

130
Satiemus dummodo retenta negatione esse Verbi &
meliori aliqua ratione nitantur q^o primum et
secundum exemplum pro explanatione regulae ini-
tio proposita a Iuliano adductum nos cogunt ali-
ter regulam illam explicare quam vulgo explicet
inquit Iulianus Codicillorum singulare esse ut quod
cumque in his scriberentur perinde haberentur ac
si in testamento scripta essent. Hanc regulam sic
omnes accipiunt quasi scripta in codicillis omnino
valeant, ac valerent si in t^o scripta essent, qua-
si tempus codicillorum et ipsi codicilli nullo modo at-
tendantur sed solum t^m. Hanc regulam sic accipi-
ebat Sabbinus et Casus ut constat ex nro t^o sed
non ita accipere Iulianum indicat ead^e Lex 2. in
p^o vero quod si ei cui ille &^u immediate subiji-
tur ubi scribit quod si ei qui post t^m factum et
antequam codicilli scriberentur mortuus esset datu
codicillis legatum non in causa caduci esse, sed pro
non scripto haberi quod et probat L. d. & ult. hoc
t^o et Scabola nos ex impresenti vero nullius quod
non ita esset, si non tempus codicillorum attenderetur
sed solum t^m. sc. t^o in L. unica & et cum tripli-
ci C. de caducis toll. q^o Codicilli ad t^m referuntur
ut quaecumque in his scriberentur perinde habeantur
ac si t^o scripta essent ut ipsi codicilli attendantur
et tempus in quo scribuntur secundum quod ut va-
leant

Valcant Codicilli scripta duo inspicienda sunt nempe
 tempus quo scribuntur codicilli et *ttt.*^m ipsum ad
 quod referuntur: hoc et significare videntur illa verba
 quibus Iulianus regulam concipit ibi ut quaecumque
 in eis scribent et ibi perinde habeantur ac si testa
 mento scripta essent, nam et hoc ipsum suadent
 regule fictionis translativae secundum quas oportet ar
 te esse utrumque extremum quod si verum est recte
 ad explanationem regule stat utrumque exemplum quo
 rum alterum Iulianus ostendit attendi tempus quo
 Codicilli scribuntur, altero tempus quo confirmantur
ttt.^o pone codicillis *ttt.*^o confirmatis. (hi enim soli Liber
 tas directa datur lege Libertatis. § 3. de manumiss. *ttt.*^o)
 ei seruo directam libertatem qui *ttt.*ⁱ tempore testatorii
 fuisset codicillorum tempore alienus, utique nec valet Li
 bertas ut inquit Iulianus, quia Libertas directa etiam
 cum seruo datur qui tempore quo dabatur testatorienus
 l. seruus. 35. de manumiss. *ttt.*^o §. Libertas unct. de sing.
 rebus etc. hoc autem seruus tempore quo Codicilli scri
 buntur quod etiam attenditur alienus erat: ergo illi non
 recte, Libertas directa datur et contra pone quod cum
ttt.^m fiebat alienus erat codicillorum tempore testatorii
 utique etiam intelligitur alieno seruo Libertas data et
 inquit Iulianus quia etiam in codicillis ut valeant in
 eis scripta attenditur tempus quo *ttt.*^o confirmantur
 quod singulare ius est codicillorum cum ergo tempore

124
H^o seruis alienis esse utique etiam intelligitur
seruo alieno libertas data. ergo mones Iulianus quod
licet directe libertates deficiunt attamen ad fideicom-
missarias eundem esse: quae verba si dicamus libertatem
directam alieno seruo datam nec iure fideicommissi vale-
re ut Faber existimavit et Cuiacius lib. 37. ff. ^{inf}
Iuliani argum. legu. l. hoc tit. sic explicari oportet
non quasi vellent Iulianus quod libertates alienis ser-
uis directe inutiliter datae ut valeant conuertantur
in fideicommissum, sed quod quia testator utroque casu
quasi alieno seruo inutiliter directam libertatem re-
linquit necessario relinquere tenetur fideicommissari-
am quae alieno seruo recte relinqui potest. d. §. Liber-
tas. quod antea probavit Albericus, et ex eo transiit
sit Cuiacius, sed et quibusdam placuit, ideo hoc casu
libertatem quae directe valere non potest trahi ad fidei-
commissum non quod hoc favore libertatis constitutum sit
sed magis quia ita postulat natura Cochilloz in quibus
quando directe scripta valere non possunt, ut valeant con-
uertuntur in fideicommissum ut evenit in l. Scabo-
la. 76. ad Trebell. quod lego ita sensive ingeniosus
valde eximium quae Istuz. Emmanelem Costa in c.
supater. 3. p. Verbo personis n. 13. sed et alij existi-
mant regulariter libertatem quae directe valere non
potest trahi ad fideicommissum ut et in l. generaliter
24. §. si quis seruo. l. Paulus. 39. de fidei omni. li-
bertatibz

Libertatib. L. cogi. D. §. sed si. seruo L. quidam. 29. §.
 si quis filium ad. Senat. Consultum Trebell. L. ult. de
 Castrensi peculio, ideo autem non valere nec fidei comi-
 si iure in d. L. 108. §. si seruus delegat. L. quia tes-
 tator seruum quem liberum esse inserat. Atq. legando
 ab ea voluntate recessisse videtur qua proprie per fidei
 commissum libertas valere poterat.

At qui aliud suade-
 re videtur Paulus Consultus. in L. si seruo. 26. de ad-
 mend. Legat. dum probat quod si seruo cum libertate
 detur Legatum et postea alienetur et codicillis alienato
 adimatur libertas ademptio valet qui potest redimi
 sicut et datio cum et in eum confertur qui tti. fauen-
 di tempore fuit testatoris, deinde alienato codicillis li-
 bertas datur, quod quidem verum esse non potest, si tem-
 pus codicillorum attendatur, nam qui tempore codicillo-
 rum seruus alienus erat seu alienatus: ergo nec adem-
 ptio valere debebat. codicillis facta quasi alieno seruo
 inutiliter adimatur, Et inquit Consult. nec etiam
 libertas codicillis data. Siquidem alieno seruo co-
 dicillorum tempore data est. Et Juliani sententiam
 D. §. Codicillorum Vers. ideoque Obscurus est Locus Pauli
 magis Obscuraque Verba quibus suam sententiam exprimit
 nec enim quid seruo datum fuisse affirmat an libertas
 an v. Legatum dum dicit si cui datio cum in eum con-
 fertur, deinde quid est quod dicit: qui tti. faciendi tempore

581
Fuit testatoris non ne dicere debebat qui tttⁱ facti
tempore ut dicit Iulianus in d. vers^o. ideo que. qui
bus suspectus ille Versiculus mihi visus est deinde
existimabam an forte dici posset Paulum Istum
omnia Iuliani sententia ex opinione Sabini et Cel
si qui affirmabant tttⁱ tantum tempus attendendum
vti probabili non ut probata resolutione suam compro
bare quatenus tere ademptione existimavit eo tem
pore factam quo servus alienus erat quod saepe contingit
Gotfredus existimat illa Verba sicut datio intelligen
da esse de datione Libertatis quod et antea existimavit
Acursius et sequitur est Albericus quasi species huius
Legis, easit quod testator in ttt^o suum servum liberum
esse iussit, et mox alienavit et postea codicillis relin
quit Libertatem ut teneat datio Libertatis quod si ita
explicetur ut scilicet teneat datio Libertatis non pro
ut in codicillis fit quia eo tempore erat alienus sed pro
ut in testamento relicta est quae non infirmatur per
Libertatem inutiliter in codicillis relictam sine du
bio ratio est nec iste t^ris. nam resolutionem offendit.

Sed magis placet age
re quod quamvis Pauli Isti Verba spurbari videan
tur Iuliano in d. vers^o. ideo que. eius tamen mens sic
recte intelligatur non aduersatur imo maxime nam
explicationem confirmat quod inde advertere licebit
si attendamus ad questionem à Paulo propositam

Et

133

Et eius resolutionem querit Paulus in si seruo proprio
cum libertate detur Legatum et postea alienetur. De
inde alienato admissa libertas Legatum ad emptorem
debeat pervenire quod sic videbatur ideo quia si ser-
uo proprio cum libertate detur Legatum et mox alienetur
et si Libertas per alienationem tacite reuocata cenveatur
non tamen Legatum reuocatur, sed pertinet ad emptorem
l. quoties. 9. §. seruus cum libertate l. qui filio. 38. §. si quis
seruum de hered. instit. l. seruo. 47. l. Iulianus. 86. de
condit. et demonstr. §. seruus autem Vers. quod si alie-
natus inst. de hered. instit. nec interest quod codicillis
Libertas adempta sit, nec enim amplius ademptio expre-
ssa efficere potest quam ademptio tacita qua per aliena-
tionem inducitur, Unde quemadmodum tacita adem-
ptio non efficit quominus ademptorem Legatum debeat
pertinere, ita nec etiam expressa praesertim quia ex-
pressa ademptio nullius momenti esse videtur, quia
alieno seruo inutiliter Libertas admittitur. sed aliud
affirmat Paulus Ictus scilicet Legatum adempto-
rem non perventum, idque ea ratione quia ut in-
quit consuetudo ademptio quia possit redimi, quod non
sic debet explicari, ut omnes interpretantur, quasi
Vellit Paulus quod quamvis ademptio in presenti
inutilis sit quamdiu seruus est in dominio empto-
ri, nihilominus utilis esse potest, si quandoque in
seruus a testatore redimatur, namque ut Legatus

Ad emptorem non perueniat quod Paulus affirmat
oportet etiam nunc valere ademptionem ut corrumpat
Legatum sed illa vera Pauli sententia est ut etiam
de presenti ademptio consistat quod ideo recipi oportuit
quia cum seruo proprio cum libertate dato Legato si
forte alienetur, ita Ius comparatum esset ut interim
penderet, an Legatum et Libertas ipsi seruo acquiri
rentur, si forte a testatore redimeretur, quia ser-
uum redimendo testator rediisse videtur ad priorem
Voluntatem. l. quoties. g. & seruus cum Libertate veni.
sed si reddendus de hered. instituent. iniquum erat
interim huic seruo alienato spem Libertatis adi-
mi non posse: quod si fiat etiam Legatum perijt quod
similiter a libertate pendet. Ut pote cum Libertate
seruo proprio dato quod sine libertate valere non po-
terat, ergo Libertas que seruo alieno dum alienus est
inutiliter adimitur, si forte eo tempore adimat
quia etiam tunc ademptio consistit ut seruo con-
ferat spem Libertatis et per consequens Legatum
quod sine libertate valere non potest etiam eo
tempore efficit ne Legatum ademptorem perueniat
Ut merito Paulus affirmat secundum quod illa
Verba tax. incipit enim ademptio quia possit redimi.
significant constituere ademptionem quia pendet an
Legatum et Libertas ipsi seruo acquirantur etiam dum
est alienatus quia potest a testatore redimi: ad hoc

ergo

Ergo probandum scilicet quod pendet Legatum an ipsi
 Servo acquiratur exemplum adducit de datione scilicet
 Legati sine Libertate cum in servum proprium, hoc est
 in eo qui tunc faciendi tempore fuit testatoris, confertur
 et de hoc querit an si alienetur statim desinat vale-
 re Legatum ipsi tunc relictum quasi sine Libertate et
 negat Paulus, sed affirmat pendere Legatum sine
 Libertate servo relictum, ideo quia et si servus alie-
 natus sit et sic in eam causam deducatur in qua
 non potest a testatore, nec codicillis Libertatem accipere
 neque potest, tandem redimi a testatore, et ipsi tunc co-
 dicillis Libertas dari quod sufficit ut ab initio Le-
 gatum consistat. *l. 1. §. 1. in l. conficiuntur. §. 1. §. 1.*
 et si ei servus hoc tunc vel die (quod solutio tandem no-
 bis occurrit et ante omnes magis probatur) quod exem-
 plum de datione, hoc est de Legati datione, datio
 enim dationem Legati significat. *l. 3. §. 1. si quis Titio*
l. 1. §. 1. vlt. hoc tunc. Paulus adducit ad probandum
 Legatum ad emptorem non per venturum, si postea
 Codicillis adimat Libertas, quemadmodum nec per-
 venit quod servo proprio in tunc sine Libertate relin-
 quitur nametsi ab initio inutile non sit quia et
 potest servus Codicillis accipere Libertatem. *l. 1. §. 1.*
 si ei servus, si tamen Libertas alienato Codicillis
 detur quia inutilis est ut probat Julianus. *in d. §.*
 Codicillis Legatum non valet et ideo ad emptorem,

Non pertinet quem ad modum et primo casu
Non sic dicat
Valere codicillis scripta perinde ac si t^o. scripta essent
at indeque codicillos ipsos si forte testator ita testam.
Caneat, quem codicillis heredem scripsero heres esto.
aut etiam ita: si codicillis eum heredem scripsero
heres esto. Vel cuius nomen codicillis scripsero ille
mibi heres esto, nam si postea testator codicillis he-
redem scribat: utique dispositio non est in codicillis
quibus heres institui non potest. l. quod per manus
l. hoc t^o. §. codicillis inst. eodem. nec conditio in
Institutioni adiicit. l. divi. 6. in prio hoc t^o. sed tota
in t^o. stinetur quod hereditas data censetur. l. a se
toto. 77. de hered. inst. l. institutio et condit. inst. na-
que Codicilli tunc pro dispositione non sunt sed solum
declaramt t^o. quatenus in eius nomen heredi scri-
bitur, cuius rei argumentum quod si forte testator ita
t^o. scribat, ex qua parte Codicilli Titium heredem
scripsero, heres esto, nam etsi pars in codicillis ad-
scripta non fuerit erit tamen heres quasi sine parte
institutus. l. si quis ita. 36. de hered. inst.

Aliquando etiam,
non tempus t^o attenditur sed tempus Codicillorum ve-
luti si ei qui post t^o factum et ante codicillos scrip-
tos natus esset codicillis per fideicommissum aliquid
daretur namque si tempus t^o attendere non vale-
ret.

Non valeret fideicommissum ut pote alieno posthu-
 mo relicto relictum §. posthumus in l. de legat.
 nec enim verum est quod scribit Cusacius scilicet
 Alieno posthumus etiam olim relinqui potuisse fidei-
 commissum quamvis Legatum relinqui non posse arg.
 Legi. C. §. ult. de reb. dub. Legi permitt. de legat. 1.
 namque si hoc verum esset, utique ut valeret fidei-
 commissum codicillis relictum posthumum codicillorum
 tempore natum esse Consultus non requireret in l. 2. hoc
 ff. Utile ergo est fideicommissum ei relictum qui codi-
 cillorum tempore natus est, et si tempore tti. adhuc
 in rebus humanis non erat quia etsi tti. tempore
 ei fideicommissum relinqui non posset, hoc tamen per
 accidens erat scilicet quia in certa persona erat
 quod si ceteris codicillorum tempore quia iam natus
 erat, utile erit fideicommissum codicillis relictum ut
 probat Iulianus in d. l. 2. in priso sic similiter eum
 qui codicillorum tempore solvendo erat recte placuit
 Libertatem dare posse et si tti. facti tempore solvendo
 non fuerat idque quia qualitas quo vigeat tti. tem-
 pore quod scilicet solvendo non erat actu extrin-
 seca erat, et ideo si erit tempore Codicillorum quia eo
 tempore testator solvendo est recte codicillis Libertas
 dabitur ut probat L. eum qui §. hoc ff. non sic dicitur
 si tempore tti. solvendo erat codicillorum tempore
 factus est non solvendo, namque tunc fraudulentus

Consilium testatoris non eo tempore observabitur quo
tit. Codicilli confirmantur sed quo Libertas Codicillis
datur ut probat idem Julianus in l. si quis integris
7. qui et a quibus quoniam qualitas extrinseca quod
actum impedit viget tempore Codicillorum, sicut si
milititer si Codicillos maior. 20. annis fecisset tit. m. autem
ante id tempus utique Libertas Codicillis relicta va-
lida erit; ideo quia etsi Codicilli ad tit. m. trahantur
et tempore tit. Libertas relinquere non possent propter
defectum Iudicij si tamen hoc adsit tempore Codicillorum
quia maior. 20. annis erat valebit Libertas Codicilli
data ut inquit Imperator in l. 1. C. de tit. m. manum
ss. idque ideo quia ut dicit non potestas iuris secun-
dum quod scripta in Codicillis trahuntur ad tit. m. sed
ut Iudicij quod adsit tempore Codicillorum consi-
deratur non ideo Legis Irresistentis quae coercet Liber-
tatem ut affirmat Cuiacius namque hoc ius verbatim
in l. 2. in principio hoc tit. ubi cessat odium alicuius Legis
sed magis quia aequum visum non fuit prudentibus
spectari qualitatem quae in tit. m. defecerat, ut actus
pereat si forte iam adderat tempore Codicillorum si
per accidens propter illam qualitatem actus valere
non poterat hoc indicat d. l. 4. ibi placuit

Sic etiam si quis Co-
dicillos ante Captivitatem confirmaverit et in cap-
tivitate scripserit Codicilli non valent ut inquit

L. 7. in prio hoc tt.° sed hoc expectat ad illud quod dixi-
 mus scilicet ut valeant scripta in Codicillis dico
 requiri scilicet quod et valere possunt tempore tti. et
 tempore quo scribuntur Codicilli alterum si deficiat
 non valent. L. 2. §. Codicillorum. hoc tt.° Codicilli quide-
 qui in captivitate scribuntur cum antea tti.° confir-
 mati essent valere poterant tempore tti.° quo eos tes-
 tator confirmavit; sed tempore quo scribuntur tes-
 tator codicillos et tti.° facere non poterat et ideo non
 valent, quemadmodum et si aliquo modo sui tti.° faci-
 endi desiderit habere ut inquit d. L. 7. sed si testator
 redeat postliminio aut facultatem tti.° faciendi re-
 cuperet Codicilli sustinentur vel iure pratorio L. 8.
 §. si post factum hoc tt.° vel humanitatis ratione
 L. in bello. t. §. Codicilli de captivis et postlimin. eadē
 ratione procedunt L. 2. in prio vers. quod si ei lib. 6. §.
 ult. hoc tt.° et l. 1. noster in vers. nullius ut etiam an-
 te diximus.

Sed et hi qui non iuri
 sed facti sunt non est perinde habendum quod
 Codicillis scribitur, atque si ubi confirmatur scriptis
 fuisset, veluti si ita in Codicillis scribatur, Versem
que mea est aut etiam Seio Codicillis Legatur si
Titius vivus est vel tot annis est, namque tunc
 temporis Codicillorum spectatur non quo tempore sit
 testamentum. L. 7. vers. preterea hoc tt.° sed hoc ideo

quia hi verbi Verum que mea est et similibus
tempus praesens significatur. L. si ita. 7. de auro et arg.
Legato quod si Codicilli ad tt.^m transferentur utique
hi Verbi non praesens sed praeteritum tempus signi-
ficaretur contra Verba et mentem testatoris cur autem
precedat L. 8. §. si mille. hoc tt.^o. L. si centarum. 17.
§. ult. dett.^o. militis. L. 17. L. ult. ad L. Falcid. nec
Codicilli transferantur ad tt.^m iam diximus dum Scabo-
lam explicavimus. vid. L. 17. ad L. Falcid. secundum
que olim questio fuit multis agitata contentio nibus
an Legata que postea quam instituti mortem obierunt
Codicillis adscripta vel adempta sunt a substitutis de-
beantur quod independet ut videamus an per in-
de datio et ademptio etiam hoc tempore codicilli fac-
ta valeat ac si tt.^o. facta esset cum tunc viderentur ha-
redes scripti Legata debebunt substituti non ita si
tempus codicillorum attendatur, quo iam mortem
obierant instituti. haec est questio nostra Legu eam se
repetere seu recitare affirmat Scabola noster pro
ut quidam referunt apud Viuiam forte Vlpianus
librum scripsit quo aliorum sententias recitavit
non quoties Viuiam meminere Iulii semper
dicunt apud Viuiam relatum est, seu Viuiam
refert. L. 1. §. non alij et §. Viuiam refert. de vi
et vi arm. alibi legitur in no. l. cu quantum re-
pcto apud Iulianum recte et ita. Legi possit, nam
et in

In Libris questionum Iuliani mentem facit Scabola noster dum eius sententiam explicat in l. 6. qui et a quibus sed prior Lectura vera est

Autbores contro-
 versia fuerunt Sabini et Cassius et Proculus quo-
 rum disentiones semper in Jure fuerunt opinionum
 Ut refert Scabola noster in l. si duo. § 3. in fin.
 de solut. nec mirum itaque divisa Schola autbo-
 res fuerint l. eum qui l. 38. de Verb. obligat. Prin-
 cipes utriusque secte fuerunt: at eius Capito et An-
 thistius Labeo Ut refert Pomponius in l. 2. §. pos-
 t hunc. 47. de origine iurii. at eo successit Manu-
 rius Sabini Sabino Cassius Longinus qui et ipse
 Sabini discipulus fuit. l. qualem. 19. §. ult. de re-
 ceptis arbitris. Sabini autem post Mebium suc-
 cessit Proculus cuius maior eo tempore authoribus
 fuit d. l. 2. §. post hunc de orig. iur. unde recte
 eius iurii author dicitur in d. l. clini. de Jure Pa-
 tronatus, ex quibus deductum est nomen quoque
 Sabinum et Cassium sequebantur. Sabiniam seu
 Cassiam dicebantur, qui Proculum Proculiam
 Dixit Sabini sub Tiberio Cesare, Cassius usque
 ad Vespasianum d. l. 2. §. post hunc. Proculus sub
 Othone Ut constat ex tacito lib. hist. fol. mihi 324.
 333. et 335. ergo erat Raphael Cumanus qui
 Proculum exitive scribit post rescriptum Severi

et Antonini de quo in l. Licet Imperator de leg.
1. argum. leg. 17. de iure Patronatus ergo in ques-
tione nostra leg. ex una parte adsunt Sabinus
et Cassius eius discipulus et alia Proculus.

Ideo autem querebat
Sabinus an mortuo instituto in vita testatoris
deberet substitutus enim an Fiscus quia propter
substitutum hereditas in causa caduca non erat nec
enim substitutione facta fiebat caduca nec fisco
locus erat quoad l. Iuli et Iapi. Iulius scripsit
in l. 5. de Vulgar. et probatur in l. milles ad sorores
75. §. ult. de leg. 2. et aperte testatur Justin. in l.
Unica in prio. C. Caduc. toll. l. unica. C. de his qui
ante portas tab. sed quo modo querebat Sabinus
an substitutus deberet quod ab instituto relictum
est. hoc namque postea rescripto suo ex volunta-
te testatoris inducere Severus et Anton. ut constat
ex l. Licet Imperator. 74. Imperator noster cum
patre apud Plinium eis, Lucius Septimus Severus
et Marcus Bassianus Antoninus Caracalla
eius filius. l. si Titius. §. ult. de leg. 2. l. 40.
ad Trebell. l. 17. §. permitt. de captivis. l. ut gra-
datim §. permitt. de numeribus et honoribus. l. filij de
excusat. tutor. unde aut verum non est hoc postea
inducisse Severum et Anton. aut verum esse
de hoc Sabinum et Proculum non potuisse quere.

Cusa

usacius existimat Legatam debere substitutum, sed non
 ex constitutione Severi et Antonini de qua in d. l.
 Licet Imperator sed magis ex tacita voluntate defun-
 ti quo etiam ante constitutionem movet non pau-
 cos Juris auctores ut repetitio nem Legatorum pro-
 barent d. l. cum pater 77. §. ab intestato de leg. 2.
 nobis Cuiacii explicatio displicet ideo quia si secun-
 dum eius sententiam Sabinus et Proculus ante res-
 criptum repetitionem Legatorum probarunt que pos-
 tea rescripto Severi inducta est, utique si nemo
 postea ex Juris prudentibus ab hac sententia dis-
 taret, quod enim Utriusque sectae preceptores pro-
 barent discipuli non impugnarunt, deinde huius
 opinionis Sabinum non fuisse Argumentum est qd
 Julianus qui et ipse Sabinus fuit ut Pomponi-
 us refert in l. 2. in fine de origin. iuris repetitio-
 nis Legatorum ante rescriptum non admisit l. si
 Titio 61. §. ult. de leg. 2. demum Cuiacius etiam
 hoc ante Severi rescriptum respondisse P. M. in
 d. §. ab intestato. Cuius forte consilio ita rescriptum
 sunt Imperatores qui et ipsi praefectus praetoris
 fuit, qui et alia ex tacita voluntate testatoris
 induxit. l. cum annus. l. or. et condit. et demostri.
 ante P. M. hoc à Consultis probatum nec dici
 nec affirmari potest

Agitur sic termini quest.

Propromendi sunt. Ut etiam ante rescriptum sine
controversia substituti deberent Legata Codicillis
relicta vel quia relicta sunt aposita Clausula
quis quis mihi haeres erit, vel saltem indefinite
Veluti fundum Titio dari volo, vel adimo Titio
quod ei ttt. relinqui. Vtque casu quodlibet procedit
si modo testator Codicillos ad solum primum haere-
dem institutum direxit, quod inde apparet si
adversus illum Codicillos nisi fieri solitos. Ut ante ad
institutos et substitutos haeres sermo dirigitur
Ut ad solum institutos et deinde expressio volunta-
tis testatoris Legantis vel fidei committentis, aut et
adimentis Legatum subijceretur, veluti hoc modo. Lu-
cillus Titius haeredibus primis et substitutis salute
peto ut ea quae ttt. casu Legami, et ea quae Codicillis
cauero Legauero praestetis. quae forma Codicillorum
apponitur in L. ult. de fideicomis. Libert. aut etiam
si cum in ttt. Sempronium haeredem institueret
Mennis substituto, postea in Codicillis ad solum
Sempronium primo loco institutum sermone
contulit et si ab omnibus Legata dari vellent
hoc modo Lucillus Titius Sempronio haeredi meo
salutem quis quis mihi haeres erit Titio fundum
dare volo, aut ita Lucillus Titius Sempronio ha-
eredi meo salutem Titio fundum dari volo aut
fundum Titio adimo. nam pluribus haeredibus

instit

Institutus aut etiam instituto aliquando ad solus
 Vnum heredem codicillis sermone primus diri
 gere solebat testator. ut constat ex L. cum quis de
 cendens. 37. §. seiam. de leg. 3. aut etiam ad solus
 institutum primo loco, non autem ad substitutum
 ut evenit in nostra lege secundum que ipsi species
 apponenda est in qua nemo dubitat quin si codicil
 li valerent etiam ante rescriptum Legata substi
 tutus deberet propter expressam voluntatem
 testantis sed de viribus codicillorum ideo dubitatur
 quia heres institutus ad quem sermone testator
 contulerat, illum scilicet Lucius Titius Sempor
 nio heredi instituto salutem in rebus humanis
 non erat tempore quo codicilli scripti sunt, et hanc
 speciem quam ad nos legem apponimus expressisse
 videtur Scabola noster in illis verbis, quia sed
 res ad quem sermone conferat in rebus huma
 nis non est. et in veri. hoc in coheredi aliam
 de modo Legatorum in §. quod si duo ibi quia qui
 xibi heres erit Legatum erit.

In hac ergo quest.

Sabinum et Cassium respondisse referebant
 deberi Legata que ad scripta codicillis sunt postea
 quam instituti mortem obierunt ad quos testa
 tor codicillos direxit, aut etiam non deberi se
 eidem codicillis relicta non deberentur adempta

184
sunt ideo quia etsi ante receptum Jus codicillorum
Legata codicillis relicta non deberentur. pro m. d.
de Codicil. et etiam post codicillos receptos sicut
tit. confirmatis sunt. & praeterea m. d. desiderius.
hared. l. ult. de t. manumiss. codicillis tunc tit. con-
firmatis recte Legata dantur quemadmodum et Li-
bertates directe l. Libertates. §. de manumiss. tit. l.
illud. 13. §. ult. l. ult. hoc tit. nec interest quod ha-
redes instituti ad quos codicilli scripti sunt codi-
cillorum tempore iam mortem obierint, nec enim
ideo minus valet datio et ademptio etiam hoc tem-
pore codicillis facta, quia perinde habentur ac si tit.
facta essent quod ideo affirmabat Sabinus, quia
ut probabimus Codicilli pro parte tit. habentur
l. penult. quemadmodum tit. aperiantur et ideo
Observationem et Legem Juris inde traditam serbant
et hoc est ut supra notabimus ex Filio Pompeio
respicunt ad tit. ut inde appareat an valeant
in eis scripta, sine ut Cuiacius dicit Observatio
et Jus eorum ex testamento pendet forma originis
cipium. l. in bello 12. §. Codicilli de Captivis et in
eis scripta perinde valent ac si testamento scri-
pta essent, hanc Sabinus et Cassius rationationem
collectionem eleganter Scabola vocat. Collectio
namque est secundum Iulianum quando esse
quod scriptum est, aliud quoque quod non scriptum
est

Et inuenitur forte et Syllogismus dicitur quia etiam
 in Syllogismo secundum Quintilianum pars altera
 scripto nititur: scriptum ergo forte erat quod Codicilli
 pro parte t^{ti} haberentur et quod inde observa-
 tionem et Legem iuris traditam serbabant unde
 Sabinus et Cassius colligebant datio nem et ademptio-
 nem factam etiam tempore quo haeredes scripti
 decesserant valere ac si t^{ti} facta esset, et hoc scrip-
 tum non erat sed sententia Sabinii ex iure scripto
 collecta secundum quam et ortum habuisse videtur
 vis singulare codicillorum ut quae in eis scriberentur
 perinde haberentur ac si t^{ti} scripta essent de quo
 in L. 2. §. 1. hoc t^{ti}.

Proculus dissentiebat ve-
 rumque non esse dicebat ut datio et ademptio va-
 leret eo tempore facta quo haeres institutus adque
 sermone contulerat testator in rebus humanis non
 erat. Proculi sententia ante Scaebolam non
 forte tantum probabilis erat, sed eam verisimilem
 esse primus audeat dicere Scaebola nos ter salig.
 enim eius sententia sua proferenda audentur praecessit
 Scaebola contra aliorum opinionem, quorum forte tunc
 maxima auctoritas erat ut in L. Gallus. §. vi
 deendum de liberis et posthumis quod et inge-
 nium magnum et auctoritatem Scaebolae nri
 quanta olim fuerit manifeste declarat. Audeat

041
Scabola dicere verissimam esse sententiam
Prouti. argumentum desumit ad hoc probandum
ea eo quod nullius momenti Legatum est quod datum
est ei qui tempore codicillorum in rebus humanis
non est licet tti fuerit, ita et Legatum non in cau-
sa caduci sit, pro non scripto L. diui G. §. ultimo
hoc tti. quod forte admittebat Sabirius nam Julia-
nus qui et ipse Sabinianns fuit, hanc r. expressit
in L. 2. in prio. vers. quod si ei. hoc tti. L. §. de his
que pro non scriptis, ita ut hoc casu non tti. tempus
attendatur non pro non scripto esset Legatum, sed in
causa caduci cuius rei alia ratio erat quam exprimi-
mit Scabola noster in illis verbis: esse enim de-
bet cui datur, de inde sic querit an datum con-
stat ut non ante iuris ratio quam persona que
renda sit. que significant etiam si verum sit q
scripta in codicillis perinde valeant ac scripta
in tti. sic dictante ratione iuris, qua Codicilli
pro parte tti. habentur, hoc tamen si hoc casu ad-
mittas frustra admittis, quia etiam si dicas vale-
re Legatum non est persona cui acquiri possit quia
iam decederat Legatarius cui Legatum relictum est
inepte ergo queris an datum constat, si etiam
si recte datum esse probaberis non est cui queri
possit ante ergo persona querenda est. L. §. qui
tth. facere possunt. L. signis. b. ad Leg. Corneliam
de falsis

De falsis secundum quod est in proposita questione
 quod post obitum heredi relicto in codicilli Legatum
 vel ademptum est nullius momenti est, ideo quod
 quantumvis Legatum vel ademptionem Codicillis
 factam quasi in tunc scriptam esse probaverit
 tempore tunc quo scribitur iam heres ad quem
 ferat in rebus humanis non est, et ideo ea ad
 ptio et datio ad tempus tunc non transit sed inuana
 efficietur quemadmodum et vana efficietur
 ei Legatur qui tempore codicillorum in rebus huma-
 nis esse desiderat, idem namque est esse Legatum ei
 personae qua non est in rebus humanis vel esse Lega-
 tum ab ea persona qua iam non existit idem mortuo
 Legare, vel Legari a mortuo.

At qui si advertas:

Scabole argumentum simile non videtur alia enim
 est causa Legati quod datum est ei qui tempore
 Codicillorum in rebus humanis non est. Licet tunc fue-
 rit, alia eius quod post obitum heredi codicilli Lega-
 tum vel ademptum est, nam quando ei Legatur qui
 tempore Codicillorum deceverit nec ipse acquiri potest
 nec alius superest, cui acquiratur, at veni quando
 post obitum heredi codicilli Legatum vel adem-
 ptum est et si heres non sit ad quem nec non em-
 conferat testator superest tamen substitutus a quo
 deberi potest, aut etiam non deberi si admittatur

Unde arbitratu debori Legata dicebat Sabinius, hoc
argumentum fortissimum mihi est, quo forte si liceret et
G. Scabolam auclerem sed di paritate argumenti
meo esse quod et primo casu quando mortuo Codicilli
Legatur si ad tertium Codicilli traherentur si autem erat cui
Legatum ut caducum seu in causa caduci quae rigo-
terat quo tamen non obstante si sui persona quidem
post Legatarium non attenditur sed pro non scripto
habetur Legatum et nullius momenti, sic etiam quod
ad heredem scriptum sermone contulit testator
qui Codicillorum tempore deciserat et si substitutus
maneret a quo deberi possunt Legata Codicilli relic-
ta substituti persona non attenditur ut debeantur
Legata et ad tertium Codicilli trahantur, sed magis
persona instituti qui iam deciserat ut etiam pro
non scriptis habeantur.

Hoc inquit Scabo-
la in coherede qui ex aere institutus erit dato sub-
stituto, ita ut ab instituto Codicilli confirmarentur
haec verba Valde observanda sunt pro explicat.
totius questionis, quia in eis Scabola significat
eo casu veram esse Pauli sententiam quo testator
in tertio a solo instituto Codicillos confirmavit, hoc
est ita tertio casu, siquid ab instituto coherede re-
linquere valere vult confirmatio namque codi-
cillorum tertio fit. L. divi. 6. §. ult. L. 7. L. 8. §. si post factum

Wott^o

Flor. tit. l. in bella §. Codicilli de captivis l. vni toto
 77. de hered. inst. l. 10. de condit. inst.) recte
 dicit Scabola ab instituto tantum confirmatos
 Codicillos non autem a substituto quia si ab utro
 que confirmati essent, aut etiam indefinite ve
 luti hoc modo = Siquos Codicillos facere Valere volo
 Et in l. ult. de fideicom. Liber. l. cum quis. 37. §. si
 am de Legat. 3. Utique et Substitutus deberet Lega
 ta Codicilli relicta etiam si iam institutus morte
 obisset, eadez quæstio procedit, et idem imo observari
 si non vnus tantum institutus esset dato substituto
 sed etiam si plures primo loco instituti essent datis
 substitutis et cum ab institutis solis confirmarentur
 Codicilli iam omnes decesserant tempore quo scripti
 sunt nam hoc hoc casu substituti debebunt Legata
 quod recte probat Accurs. ideo quia substitui termi
 nis quando plures instituti sunt substitutis datis
 quæstionem Scabola concepit in prior Legi.

Ad §. quod si

duo. nra legis.

Sed finge ex duobus institutis heredibus substitutis
 datis vnum eorum decedere tempore quo Codicilli
 scribebantur, recte inquit Scabola in §. quod si

¶ Duo quod hoc casu utilia videantur legata nam et
si omnes in rebus humanis non essent ad quos tu-
tator codicillos scripsit, alter tamen remansit &
sufficit ut valeant. Codicilli et per consequens le-
gata in eis relicta utilia ergo videntur secundum
Scaevolam nru: quo posito illud superest num-
quid coheres totum legatum debeat si quis quis
mibi haeres erit, hanc quaestionem tractatum Sca-
eola vocat dum dicit circa cohaerem erit tracta-
tur, tractatur idem est ac quaestio. l. qui 88. ad l. Fal-
cid. l. ult. si pars haered. petatur, libri quaestionum
tractatus dicuntur. l. qui bona. 23. §. si quis duobus de
acquirend. rer. domin. in hoc ergo tt. videbatur co-
haerem totum legatum non debere quia ut inquit
Scaeola sit substitutus haeres qui partem faciat
licet ipse non debeat quae Verba valde difficilia
nam si quis quis mibi haeres erit, legatur etiam ex-
presse substitutus gravatur censetur ut pbare vi-
detur. l. 3. hoc tt. l. si plures §. 8. de legat. 3. l. pa-
ter fam. §. 6. de adq. et pupillar. l. 1. §. id quod
ad l. Falcid. quomodo ergo cum utilia sint legata
et substitutus expresse gravatur verum esse potest
quod Scaeola dicit qd substitutus legata non debe-
re 1.º casu quando unus institutus est inutilis
Codicilli et inutilia legata et ideo nihil mirum quod
substitutus non debeat licet ipse gravatur esset. 2.º

Quando duo sunt instituti et alter decessit cum utriusque sint et granarius substitutus apposita clausula quis qui mihi heres erit quod ipse non debeat valde difficile est

Cusacius sequitur Jacobum de Arenis cuius sententia et fuit Albericus existimabat illa verba qui qui mihi heres erit ad solos 1^o gradu scriptos heredes non autem ad substitutos pertinere antiqui movebantur ad hoc ex l. qui liberis. 7. §. hac verba de vulg. sed hoc nihil probat, et ideo nec illum pro suo. adducit Cusac. sed satis probari existimans in nro t^o legibus contrarium satisfacere nititur, sed non recte quia verum non est quod dicit h^o t^o in d. l. si plures ad gradus tantum institutorum pertinere, non vero substitutorum ut et in l. cum in t^o 37. de heredib. instet. namque Consult. ind. l. si plures aequiparat clausulam heres meus dato clausula quis qui heres mihi erit, at stat clausula heres meus dato etiam ad substitutos pertinere l. cum pater. 77. §. cum pater. de leg. 2. deinde et si admittamus quod Cusac. vult scilicet clausulam quis qui mihi heres erit ad solos institutos pertinere cur non etiam ex tacita voluntate hoc casu debet substitutus ut et ipse etiam ante rescriptum hoc idem admiserat in prio

Verius ergo est quod Bartholus

Probat scilicet per illa verba qui quis mihi heredit
ex codicillis apposta etiam substitutum grauatum cen
seri, sed ideo in hoc casu substitutus non debet Legata
quia cum codicillis a solis institutis confirmati essent.
Ut dixerat Scabola in Vers. hoc in coherede non au
tem a substituti etiam postea Codicillos ad substiti
tos scriberet apposta clausula qui quis mihi her
edit nihilominus substitutus non debet et elegam
ter in eadem specie probat l. Legatorum 33. §. 1. &
Leg. 2. qui casus est summe obseruandus probatus
Vers. explicatione ratio si quaeritur illa est quia
cum solis codicillis tertio confirmatis Legata dari po
sunt ut supra probauimus testator quia solis in
stitutis confirmatis Codicillos non autem a substiti
tuti postea Codicillos etiam ad substitutos scribens
substituti Legata non debent, quia quoad ipsos
Codicilli non sunt confirmati.

Mud ergo videbatur
scilicet coheredem totum Legatum non debere si
qui quis mihi heres erit Legatum erit, quia etsi
haec clausula ad omnes heredes competit. l. 3. ha
th. l. ab omnibus. 104. de Leg. 1. l. Lucius. 88. §.
qui quis de Leg. 2. l. si plures. 98. de Leg. 3. et ideo
si Cuiacio credimus generale caput dicitur in
Leg. Titia. 34. §. penult. de Leg. 2. secundum quod
per eam etiam expressim Coheres grauatus censet
tr

Censetur. D. l. ab omnibus ipsum tamen cohæredem ut
 totum Legatum solbat æquum non videtur quia sit
 substitutus qui partem faciat hoc est auferat semi
 nem hereditatis. l. 7. de rebus dub. unde cohæredem
 amplius gravare quam habeat in portione hereditatis
 iuris ratio non videtur secundum quam Legatorum
 petitio adversus hæredes pro partibus in hereditariis
 competit l. Legatorum. 33. in prio de leg. 2. et hoc a
 genisimum esse Ulpianus affirmat in l. 1. §. per minorum
 ut Legatorum nomine caveatur contrarium iniquum
 est ut totum Legatum solbat cohæres cum totam hære
 ditatem non habeat quod quidem (inquit Scabola)
 etiam potest circa nomina expressa tractari veluti
 testator si dicat. Lucius Titius et Tullius Semus Sempro
 nio decem dare, damna sumpto quo casu si alter
 iam decesserat etiam substitutus cohæredi partem
 facit nec tamen ipse debet Legatum et ideo si dicamus
 cohæredem totum Legatum debere amplius ipsum gra
 vamus quam voluit testator qui ipsum tantum vi
 rilem partem Legati dare voluit. l. Papia. l. 4. §. ult.
 l. si hæredes nominatim l. 24. de leg. 1. l. non unum
 24. ad Senat. Consult. Trebell.

Sed tamen multo magis
 quod substitutus non debet cohæredem utroque casu to
 tum Legatum debere existimavit Scabola et quidem
 recte quia apposita Clausula qui quis mihi hæres

erit voluntas testatoris est ut totum Legatum præsta-
retur. Ut eleganter Iulianus affirmat in l. ab omnibus
10. §. in priis de leg. 1. cum ergo substitutus non
debeat ut dixerat Scabola nec alter coheres, quia
adiunctus sit in onere Legatorum qui etiam tunc
cum adiungebatur in rebus humanis non erat
et sic in cuius persona nunquam consistit Legatum,
solus coheres remanet. qui totum Legatum debeat
nec interest quod solum remissionem hereditatis ha-
beat quia et in eo gravari potest a testatore ut
solidum Legatum solvat, quod fecisse videtur appo-
sita clausula quisquis mihi heres erit et ex ver-
bu et ex voluntate ut aperte affirmatur in d. l.
ab omnibus in priis de leg. 1. et in l. si Titio. §. 1.
in priis de leg. 2. aliud si per clausulam quisquis
mihi heres erit, solum coheredem gravare voluit
testator ut in l. si fundum. §. 1. §. si libertus de leg.
1. idem erit dicendum si expressis propriis nomi-
bus heredem eos testator gravavit, cum tamen al-
ter in rerum natura non esset, nam et tunc coniu-
tum onerati cessantur, etiam sensisse videtur tes-
tator ut si alter deficiat alter subeat totum onus
Ut eleganter probatur in l. si duobus. §. 1. l. civi-
tationis. §. 2. l. Lucius Titius de leg. 1. non ita si in
honore nominatum coniunctum non sint, sed alter
tantum nominatum gravatur ut in l. pater. 29. §. 1.

De leg. 2.

De Legat. 2. quae Iura cum maxime conducant ad
 Scabola explanationem mirum est quod nullus inter
 praetum adduxit.

Haec etiam eo casu pro
 cedunt, quo cohaeres totam hereditatem non habet sed ipsi
 partem auferit substitutus nam et hoc casu cohaeres
 totum legatum debet, et si totam hereditatem non ha-
 beat ut inquit Scabola noster, idque propter volunta-
 tem testatoris qui apposita clausula; quicquid mihi ha-
 res erit aut etiam expressis nominibus heredem vo-
 luisse censetur, aut totum legatum solueretur & dicta
 Legem ab omnibus § ad Scabolam addit Africanus
 in l. sed cum ea. 15. hoc tit. quo proxime sequitur.
 Nos etiam Africanum propter Scabolam explicem
 siquidem propter Africanum etiam Scabolam ex-
 plicavit Cuias. § inquam ad Scabolam addit Afri-
 canus, quod cum ea testatoris voluntas fuerit, ut ex ha-
 reditate uniuersa legata emgarent, dicendum son-
 tu heredibus pro futuram doli exceptionem si amplius
 quam hereditaria portio petatur. Verba haec. Africa-
 ni ad eum tantum casum pertinere existimant
 Cuias. quo testator ita legauit, quicquid mihi ha-
 res erit quasi eam casum Scabola proposuisset, nec
 tamen diffinisset ut scilicet velle Africanus quod
 eo casu quo apposita clausula quicquid mihi haer-
 erit testator legauit si insolidum conueniatur

Sed defendere possit exceptione doli nec ultra petiti-
o-
ne hereditariam teneatur quia voluntas testatoris est
ut ex universa hereditate legata erogarentur ut sic
hoc casu non Scabolam corrigat Africanus. ut
Bartholus voluit sed supleat casum a Scabola
non decisum quod probare intendit Cuiatius ex
illis verbis dictae Legi, sed cum ea ibi si amplius quam
hereditaria portio petatur qua ad illum tantum ca-
sum referri possunt quo apposita clausula quisque
mibi haeres erit testator legavit in quo haeres pro
portionibus hereditariis tenentur non vero ad illum de
nominibus expressis in quo pro virilibus tantum. l.
si haeres nominatim. § 2. de leg. 1.

Sed haec omnia si-
ceat pace Doctissimi viri et de iure nostro precipue
maerentis) non recte affirmantur nec enim ad
illum casum Scabola non definivit aut hoc ad
Scabolam Africanus suplenit aut etiam suplere
possit, nihil enim verius affirmatur et secundum
Ius et secundum aequitatem quam quod in iura lege
Scabola docuit scilicet quod apposita clausula quae
quis mibi haeres erit aut etiam expressis nominibus
haeredum si aliter cohaeres aut substitutus solbere
non possit cohaeredem totum Legatum debere quid
enim aut aequius est aut Iuri convenientius quae
Voluntatem testatoris servare, Verbis non repugnan-
tibus

fibus. l. talem. §. ult. de hered. inst. at qui apposita
 Clausula quisquis mihi heres erit ea voluntate
 tatoris fuit ut totum Legatum prestaretur d. l. ab om-
 nibus. l. o. §. deleg. l. non ergo in hoc casu voluntas tes-
 tatoris esse poterat ut totum Legatum non solueretur
 ut inquit Africanus, deinde nec equum est quod utro-
 que casu tantum debeat coherere, quia et ipsi partem
 facit substitutus ut et probavit Cuiac. argum. legis
 penult. hoc tt. quia hoc etiam esset contra voluntatem
 testatoris qui totum Legatum prestare voluit.

Illud ergo venissi-

mum est ut utroque casu a Scabola proposito coha-
 redem totum Legatum debere etsi substitutus partem,
 illi hereditatis auferat, sed nequis existimaret hanc
 regulam in uniuersum veram esse ut scilicet he-
 res grauatus totum debeat etiam si illi pars here-
 ditatis auferatur affirmat Africanus quod cum ea,
 testatoris voluntas fuerit ut ex uniuersa hereditate
 Legata erogarentur, dicendum scriptis heredi-
 bus profuturam doli exceptionem si amplius quam heres
 ditaria portio petatur, sed hoc non debet referri ad
~~deos~~ casus quos Scabola proposuerat scilicet quod
 testator ~~expressit~~ ^{apposuit} clausulam quisquis mihi heres
 erit aut expressit nomina heredum eos in honore
 coniungendo in quibus semper in contrarium est
 testatoris voluntas sed in alijs in quibus in contrarium

641
appareat propterea quod heredi scripto pars heredi-
tatis auferatur veluti in casu legi penult. hoc tt. finge
quod testator qui unum filium habebat cum codicilli-
los ad eum scripsisset decernit intestatus heredeo
et quem postea procreavit quia posthumus agnas-
cendi patri suo ab intestato remissionem auferat here-
ditatis, sed non ideo minus deservunt codicilli valere
quia ut inquit Paulus in l. ab intestato. 16. hoc tt.
codicillos ab intestato unus casus est. l. ab intestato
. 16. hoc est semper valent testatorie ab intestato deceden-
te nec interest ut inquit d. l. penult. quod nihil tunc
testator de posthumis speravit quia nec ideo Codicilli
evanescent quia etiam tunc unus casus est, siquidem
ergo valent Codicilli oportet quod et valeant in codi-
cillis relicta sed tantum posthumus nihil debet et
si partem hereditatis auferat ex ratione legi qui
grami 11. l. illud. 13. hoc tt. sed nunquid filius totum
debet ad quem Codicilli scripti sunt? et quidem
ex verbis testatoris totum debet perinde ac si solus
heres existisset patri, ut inquit Marcell. in d. l. pe-
nult. Verso. et si codicillos, sed cum ea voluntate
testatoris fuerit ut ex universa hereditate relicta
erogarentur quia existimabat filium ab intesta-
to in solidum sibi heredem futurum ut inquit
Marcellus in d. l. penult. in fin. si in solidum a
filio petatur illi proderit doli exceptio que toties acco-

modat

Accommodatur quoties ex ttt.º quis contra voluntate
 petit. l. 4. §. preterea de doli exceptione qua apposta
 pro parte dimidia solvere compelletur ut probatur
 in d. l. penult. in prio dum dicit filium pro parte
 dimidia solvere compellendum non est sibi contra-
 rius in 2.º p. eiusdem legi dum affirmat filium
 totum debere utrumque enim verum esse potest
 quod filius totum debet quia in solidum gravatus
 est in codicillis et quod pro parte dimidia solbere
 compellit scilicet apposta doli exceptione ex volun-
 tate testatoris qui putabat filium solum sibi succe-
 sorem futurum secundum quam procedit nota Vl
 piana que est in illis verbis dicte legi penult. sibi
uno dumtaxat partem debet. alia causa est in
 l. post emancipatione. §. 2.º. Vers.º idem quasi d.
 leg. 3. namque testatrix que utrumque ab intersta-
 to succedere posse videbat; altero tantum in soli-
 dum gravando ut ab ipso in solidum relicta
 solberentur, voluisse censetur. idem erit dicen-
 dum si forte ex ttt.º simili casus eveniat dicte
 legi penult. veluti si in casu legi cum mater
 28. de officio. ttt.º mater non extraneos here-
 des institueret sed alterum filium cum alte-
 rum audiret decessisse et postea Codicillis ttt.º
 confirmatis legata reliquerit aut etiam in casu
 legi circa. 29. de officio. ttt.º huiusmodi

et similibus casibus procedit Africani Sententia
que cum sit de legatis codicillis relicti oportet illi
eam casum opponere quo legata valeant in codi-
cillis relicta valido tit. quia ab intestato legata
Codicillis relinqui non possunt & inst. de fideicomis.
hereditat. cum quibus finitur t. c.

Ad legem, si Seia. 10.

ff. de dote prelegata

Pertinet hac questio ad tit. de dote prelegata ex
cuius principiis casum Scabola noster ostendit in
quo Falcidia ex legato deducitur non remanet
per hereditatem sed per collegatarium velut
si pro dote Uxor centum fundus Legatus sit, id
que fundus Menio pariter Legatur quo casu simul
ad Legatum et fundi petitione concurrant mu-
lier et Menius et Falcidia partem Legati Me-
vio auferat quod Falcidia detrahit non rema-
net per heredem sed ad mulierem collegata-
riam expectat, questio singularis est multum
que difficultis in qua breuiter ut ad solet multa
involuit Scabola que a nobis prius exponenda
sunt; sciendum igitur

Sciendum igitur
 est illud apud veteres morem fuisse ut cum ab uxo-
 ribus acceperant illam cum decederent illi lega-
 rent. *L. si filius 13. hoc tt. quo legato* etsi mulier
 debitam sibi dotem recipiebat quia de causa redi
 sibi potius quam dari videtur. *L. cum pater 77. §.*
fidei tua de leg. 2. et magis recipi quam accipi. *L. 2*
§. mulier. hoc tt. (qua de causa et relegam dicitur
 citur. *L. 2. hoc tt. et relegatio dotis quo pacto rubri-*
ca huius tt. et in pandectis noriciis et in Vasilii-
ci concepta est, scilicet de dote relegata non de dote
prelegata) nihilominus amplius in legato dotis ac-
cipit uxor quam erat in actione de dote, seu in
actione rei uxorie secundum quod plenius esse
legatum dotis quam actione de dote affirmat Jus-
tinianus. in §. sed si uxori inst. de leg. namque
dotem quam respondere numero et mensura
constabat, annua, vima, tremadie, hoc est tri-
bus pensionibus annuis ex duodecim tab. hanc
mariti solbere debebat. L. una §. cum autem. C.
rei uxorie act. Ulpianus tt. 6. §. dos. pro-
pter relegationem representare tenetur seu s. da-
re L. 1. §. et verum est hoc tt. propter quod et
dos prelegata dicitur quasi ad praesens data ni-
si prelegatum et relegatum idem sunt. ut in d.
§. fidei tua et in L. Bebini 30. de pact. dotal.

841
Item et quia dote relegata hodie post Consultum
Emilianum seu orationem divi Severi et Anto-
nini cuius mentio fit in L. cum hie Statu. 32
donat. inter obres donatas a viro uxori nec deduc-
tio nec exactio fit et si aliter deductio et exactio
esset. L. rei sue. 15. §. vlt. soluto matrimon. L. si in
autem. 27. §. vlt. de rei vindicat. L. penult. in fine
de donat. inter quod probat Ulpianus in L. 1. §. est et
illud hoc t. nam maritus qui uxori dotem lega-
vit donationem confirmare videtur et legasse dotem
integram sine ulla deductione et sic amplius est in
legato quam in actione rei uxoris in qua obres do-
natas compensatio deductio et exactio debebat ad-
mitti sed de rebus immobilibus in dotem datis, et si
in hoc legato absit. modum representationis quia
dos data in rebus immobilibus statim solui debet
adest tamen modior actio quia pro parte rei
uxoris que est actio in personam vindicatio
seu dominij assertio datur, si legatum est per vin-
dicationem seu preceptionem quod sufficit ut
valeat legatum L. 3 §. si rem deleg. 3. L. si credi-
tori. 28. delegat. 1.

Sed hec aliquando non
dotem ipsam maritus uxori legabat, sed aliud
quidquam veluti fundum aut centum vel aliud
simile L. si fundo. §. sed etsi non dos hoc t. L. virili
8.

§. 8. siquid uxori delegat. prob. l. si filia. 20. §. pe
 mult. famul. erisc. l. cum ab uno. §. 3. deleg. 2. l. lu
 cius. 78. §. maritus ad Trebell. l. 6. §. 1. quando di
 ex legati ced. quod si faceret. maritus veluti si fundus
 legaret non utrumque uxor consequeretur, sed alte
 rutro contenta esse debebat legato vel dote actione
 ex ttt. vel rei uxoris actione, quod si legatum,
 elegerat amplius rei uxoris actione pro dote con
 sequenda exercere non potest nisi pro modo ex
 currentis quantitatis: item et e. electa rei uxo
 ris actione amplius restitutum non debetur hoc edi
 cto de alterutro effectum est cuius mentio fit in l.
 unica. §. 1. Veri. sciendum, itaque C. rei uxoris
 actione secundum quod mulier cum suam optionem
 explanauerat, an scilicet uellet legatum, an u.
 dotem suam nec penitentia posset ad aliud
 transire etiam satisfacere heredibus. uiri cogeba
 tur electo uno nihil amplius peti quod Imperator
 affirmat in l. ult. C. Theodosiano de ttt. in quo
 deterior erat mulieris conditio quam aliorum credito
 rum quia creditori meo si aliquid legauero et
 is legatum acceperit, non ideo sui crediti amittet
 sed utrumque consequitur. l. cum haeres. §. 1. ad
 Trebell. mulier non utrumque consequitur, sed al
 terutro tantum ex dicto de alterutro nisi ex ma
 riti iudicio nominatim utrumque habeat, ve

Debiti. si heredi ex parte scripte uxori ei dos ple-
getur nam hoc casu ut et quilibet creditor mu-
lier utrumque consequitur scilicet ex mariti iudi-
tio casatque edictum de alterutro secundum quod
si uxori ex parte heredi scripte dos prelegatur eaq[ue]
deductis legatis hereditatem restituere cogetur et
si quartam quam per leg. Falcid. retinet tantum
efficiat quantum in dote est tamen pro sua por-
tione in qua prelegatum non valet dotem tang-
ere alienum deduci nec compensat cum Falcid.
et ideo utrumque habet scilicet dotem tanquam
creditor et Falcidiam tanquam heres ut et
haberent alij creditorum si hereditatem restituere
cogarentur Arg. legi. 6. et l. 8. l. quod
boni. l. 5. §. quod avus l. qui fundum 27. §. si
quis heredem ad leg. Falcid. quod probat ele-
ganter P. in d. l. cum heres quod et procedebat
simpliciter in actione ex stipulatu l. unica §.
igitur c. rei uxoris actione. secundum quam et
sunt qui intelligere volunt dictam l. cum heres
sed hoc ita nisi in contrarium testatoris volunta-
tem fuisse probetur, quia probata in contrarium
voluntate defuncti aliud observabitur l. Lu-
civ. 78. §. maritus ad Trebell.

Hac ita in rei
Uxoris actione nam ex h[uius] actione ex stipulatu

quod

qua ex ea stipulatione oritur que in danda dote
 intervenerat scilicet dotem redi (Utilior enim
 erat. mulieri actio ex stipulatu propterea quod
 cum stricta esset amplius iudicem constringebat
 quamquam actio rei uxoria in qua cum bona fidei
 esset libera erat potestas iudici statuendi & in bo
 na fidei inst. de act.) in actione inquam ex sti
 pulatu aliud verbabatur, namque maritus qui cum
 ad dotem reddendam eis stipulatu uxori obstrictus
 esset ei aliquid relinquebat manifestissime vole
 bat, ut utrumque haberet et ideo in actione ex
 stipulatu cessabat edictum pratoris de alterutro
 et uxor a marito relicta recipiebat et dotem
 consequabatur. l. unica §. l. vers. sciendum C. rei
 uxoria act. et colligitur arg. tex. in l. virilis
 §. §. ult. in fin. deleg. prae. uxor namque que
 sibi stipulat. cauerat efficiebatur in debito dotis
 ut alius quilibet creditor, cui si a debitore aliquid
 relinquebatur integra erat petitio utriusque scilicet
 cet relicti et crediti. l. pater. §. ad l. Falcidia
 l. in imponenda. C. eodem tit. et ideo haec a
 marito instituta interveniente ratione leg. Fal
 cid. et dotis debitum et alia sibi debita ex sub
 stantia mariti prius subsistebat, et insuper quan
 tam partem propter legem Falcid. d. l. unica
 §. igitur. C. rei uxoria actione.

071
Sed hoc ita nisi specialiter
et nominatim maritus qui ex stipulatu obstrictus
erat pro dote uxori legaverit namque hoc ad
ijectio pro dote illud proculdubio facit ne mulier
utrumque consequatur ne ex tit. et stipulatione
agat l. si filia. 20. §. penult. famul. exorc. l. 6. §. 1.
quando dies legati ced. d. l. virilis §. vlt. d. leg.
pract. l. vir uxori. §. hoc tit. namque maritus
quidam uxori legat. adit pro dote voluisse censetur
ut alterum tantum mulier habeat l. unica
§. 1. Vers. sciendum C. rei uxoria act. et compensan
di animo legatum relinquit l. cum ab uno. §. 3. de
legat. 2. idem et dici potest etiam si non adiunctum
fuerit pro dote legatum si tamen hoc animo relicto
fuisse doceatur quia et hoc legatum eiusdem con
ditionis erit. l. 2. in prio Vers. sed etsi pro dote
et Vers. hoc amplius hoc tit. idque ideo quia pa
ria sunt in iure dici et intelligi l. si seruis
6. de assign. Libert. l. sed et §. 8. de leg. 1. nec mi
rum nam et creditore idem statuit, si modo eo
animo fuit testator ut relicto cum debito com
pensetur l. cum pater. 29. de iure dotum l. si debi
tor. 12. ad l. Falcid. l. cum pater. 77. §. cum pater
de leg. 2. idem erit dicendum si pro dote quam in
noverante filia pater exegerat aliquid ei legaverit. l.
Filia. 34 §. qui in vita de legat. 2. l. si cum dote

22. §. si pater soluto matrim. In quod in specie
 a Scabola non proposita quando Scia p. dote centus
 fundus Legatus est. Sive Scia uxor esset, cui prodo
 te maritus Legavit sive filia qua a patre quidote
 exegerat idem Legatum accepit altero tantum conten
 ta esse debet. vel Legato vel dote, nec utrumque
 exigere potest, ideo autem Scia Legatum pro dote
 fuisse Scabola affirmavit nec expressit, an uxor
 esset an filia qua a marito vel Patre Legatum acce
 perat ut sic dum indifferenter loquitur utrumque
 casum comprehendere in quo idem ius est.

Sed et illud sciendum est
 q. si dos uxori relegatur extra rationem Leg. Falcid. est
 l. 2. idem Iulianus querit hoc tit. l. cum dote 57.
 ad l. Falcid. l. cum ab uno. 53. in fin. de leg. 2. ubi
 ideo quia ut eleganter ait Duntus in l. sed usus
 fructus. 81. Vers. 2. ad l. Falcid. suam rem mu
 lier recipere videtur quam rationem ad alia expen
 dunt. l. cum quidam. 21. l. cum pater 77. §. fi
 deitue in fin. de leg. 2. l. 2. §. mulier. hoc tit.
 Paulus Titus Lib. sent. tit. 1. in prio tacitasti
 modo uxori dotem suam prelegavit maritus na
 si alij preter uxorem Falcidiam patietur Lega
 tum veluti si filio exheredato dotem uxoris pa
 ter Legavit. l. pater. 7. Vers. sed si Falcidia hoc
 tit. nec enim res sua ei Legatur. sed magis res

Uxoribus et ideo nihil mirum si Falcidia Locum
habeat sed an idem dicemus si dos alij Legata esset
eamque rogatu esset mulieri restituere scilicet Falcidia
Locum habere et Iulianus Locum habere existimabat
et refert Ulpianus in l. 1. §. idem querit si dos hoc
tit. hoc ideo sic affirmabat Iulianus quia putabat per
sonam mulieris non attendi cui dos restituenda erat
sed potius Legatarij, in quo certum est Falcidia am lo
cum habere d. l. §. sed si Falcidia hoc tit. et ideo
similiter dicebat in §. idem Iulianus. querit qui
immediate sequitur quod si mulieri dos sit relegata
eaque rogata dotem restituere Falcidiam locum non
habere quia et si attenda extranei persona et si fidei co
missum valeat et Lex Falcidia locum habeat tan
tum propter personam mulieris Legataria quae principa
liter attendi debet nec valet fidei commissum nec Fal
cidia detrahatur quare etiam consequenter probabat
quod minus in fidei commissum est hoc est quod detrahit
Falcidia non statim mulieri representari debere sed
annua, vima, trimadie et ideo ad consequendum id
mulieri dabit de dote actionem in qua illa dilatio
non est. l. 1. §. et verum est hoc tit. l. unica §. cum
autem. C. rei uxoris actione.

Ulpianus autem in d. §. idem
querit. Versi ego querit. contra Iulianum opinari et
Actur commoda representationis in hoc Legato sic
Observari

Observari atque si dos ipsi mulieri fuisset relegata
 et recte et si enim interposita Legatarij persona mu-
 lierdotem per fideicommissum accipiat quia tantum
 maritus uxori providere voluit ut statim suam do-
 tem haberet et si per interpositam Legatarij personam
 nec hoc aliter fieri poterit interveniente Legge Falci-
 dia nisi omittatur interposita concipientis persona
 hoc favor dotis postulat et voluntas testatoris ut perin-
 de expectetur ac si omissa interpositi capientis perso-
 na ipsi mulieri dos fuisset relegata, nec mirum quia
 ut extendebat Macellus qui et ipse in hoc primo
 Juliano contradixit in l. cum dotem. 37. ad Leg. Fal-
 cid. et in plerisque ita observatur ut in casibus Legi
 videamus §. si cui plusquam per Legem Falcidiam. l. cum
 ei. §. 2. delegat. 2. l. si fidei meae. 28. delegat. 3. l.
 cogi. 16. §. hic qui solidum ad Trebell. l. Legatarius
 27. de excusat. tutor. l. 1. §. penult. si quis aliquem ter-
 tarij prohibuerit l. anna. 77. §. Titio de condit. et de-
 monst. l. Sempronius 26. de usufruct. Legat. l. 3.
 §. si quis delegat. praest. l. si quis Titio §. 1. ex quibus
 causis. mai. l. non dubium deleg. 3. secundum quod
 ex Marcelli et Ulpiani sententia ad consequendum
 id quod minus est in fideicommissis mulier dotis actio-
 nem non habuit ut ei dedit Julianus sed commo-
 dare praesentationis habebat totamque dotem consequere-
 tur ac si omne ex testamento perinde ac si dos ipsi

mulieri esset relegata ut probat Ulpianus ind. ven.
ego quaero

Sed et amplius contractibus
num ex eadem ratione habebat Marcellus ind. l.
cum dotem scilicet etiam in hoc legato nec Legem Fal-
cidiam locum habere quod ideo diffidenter videtur quia
cum secundum Ulpianum ind. ven. ego quaero in
hoc legato mulier habeat commoda representatio-
nis saltem propter talia commoda videbatur Legem
Falcidiam locum esse quemadmodum et in legato credi-
tori relicto probat. l. 1. §. si quis creditori. l. 5. ad l. Fal-
cidiam l. debitor. 82. de leg. 2. §. ex contrario in l. 1.
de leg. et ideo propter tale commodum et valet a quo
libet alio creditore l. si deportati. 7. §. ult. de leg. 3. on-
de et in his terminis legi Falcidia locum esse Ulpianus
probat in l. 1. §. idem Iulianus. Vers. sed et marito
hoc tt. Cuius. distinguit in dotem prelegatam que
in rebus solis consistit et inter eam que in rebus mo-
bilibus data erat. Ut in prima, quia nullum est
commodum representationis quia presenti die
dari debet, cesset Falcidia, et si legatum dotis inuti-
le non sit, si per vindicationem vel preceptionem
legatur quia pro actione personali qua dos repetere
tur legatum a fert rei vindicationis que utilis
actio est. l. 3. §. si rem de leg. 3. sed ita tamen ob
id Lex Falcidia non minuat legatum dotis argum.

Legis

*Falcid. Legi si creditori. 28. in fin. de leg. 1. ideo quia
 commodum illud melioris et Facilitatis actioni ni
 nil minuit bona testatoris aut heredi et in hoc
 casu intelligit legem sed ususfructus. Et. vers. do
 ad Leg. Falcid. at quando dote erat in rebus mobili
 bus et uxori Legata est quia qua annua die re
 ddi debebat presenti die solui Inbetur oportet Le
 gi Falcidie locum esse propter commodum repre
 sentationis quod bona heredi dimini. L. 1. §. idem
 quarit. vers. sed si marito hoc et. quemadmodum
 et in legato creditori relicto probat d. L. 1. signis
 creditori, et ideo et valet fideicommissum L. 2. hoc
 et. d. L. si deportati §. 3. ult. de leg. 3. controuersia
 Juliae et Marcelli non erat eorum quo dote in
 rebus mobilibus consistebat quia hoc casu Legi Falcidie
 locum esse propter commodum representationis
 etiam Marcellus existimaret, sed eo casu quo dote
 erat in rebus soli seu rebus immobilibus. quo casu
 quamvis attenda persona mulieris Legi Falcidie locum
 non esse Julianus existimaret, tamen propter Le
 gatarium cuius personam attendendam esse probabat
 Legem Falcidiam locum habere dicebat in d. L. 1.
 §. idem quarit, quo casu sublato circumite et remo
 ta interposita capientis persona Legem Falcid. locum
 non habere dicebat Marcellus in d. L. cum dote
 et ideo hui consequenter affirmat Plinianum in d. vers.*

224
ego quam delegato dotis relicto in rebus immobilibus
de quo questio erat inter Julianum et Marcellum
transire ad Legatum dotis quod in rebus mobilibus
consistebat et de eo quaesire an in eo commoda re-
presentationis locum habere at quae si dos in mu-
lieri fuisset relegata existimare habere et inde pro-
baret in hoc legato semper Legi Falcidia locum esse
propter talem representationem.

Sed melius sentiet
quod dicta esse in rebus soli, siue in rebus mobilibus,
consistat etiam si adsit commodum representat.
cassare Legem Falcidiam, hoc et eum cum genera-
lia verba Legi cum dotem. § 7. et L. sed si uis. d. l.
Veri. dos relegata ad Leg. Falcid. nec si hanc senten-
tiam non admittamus fateri necessarium sit Juliano si.
qua exstat in d. §. idem que quaerit cum a Marcello im-
probata esset in d. L. cum dotem. sine nota reliquit
Ulpianum; nouit ergo eam Ulpianus in veri. ego que-
ro Marcelli sententiam sequitur et significant
illa verba: ego quaero an commoda representatio
in hoc legato etc. que ad quaestionem a Juliano
propositam referuntur et ratio que subsequitur
propterquam et Marcellus Juliano contradixit
quo commoda representationis stante uisibilomus
Legem Falcidiam locum non habere dicebat
Marcellus in d. L. cum dotem unde dote prelegata
totam

154

Idem eam ex tit. peti posse affirmavit Paulus in
l. debitor. § 2. delegat. 2. sed et non leve argum^{tu} hu
ius sententia desumi potest ex Scabola rō imp
senti qui ides dixit pro dote centum fundum lega
tum fuisse quia forte centum in dote data fuere et
si dos in quantitate et nihilominus stante commo
representationis pro parte qua fundus ad mulierem
expectat Legi Falcidia locum non esse probabit, sed
et quale quale argumentum desumi potest ex L. uni
ca. §. igitur C. rei uxorie actione. l. 1. in prio. l. vi
rili. §. in fin. de leg. prest. nec mirum est quod qua
vis in legato a debitore creditori relicto propter commo
dum representationis locum habeat Lex Falcid. l. 1.
§. si quis creditori ad Leg. Falcid. cesset tamen in do
te uxori prelegata etiam si adsit idem commodum
representationis, namque credibile est sic Lege Fal
cidia nominatim expressum fuisse ut dos prelegata
extra modum legi esset, nam et eadem Lex nomina
tim expressit de his rebus qua mulieris causa em
pte preparata que essent, ut hac quoque extra modum
legi essent teste Gaius l. 1. sed usufructus
vers. ult. ad l. Falcid. quod autem etsi de dote
prelegata Lex Falcidia expresserit mihi mans
feste probat Verbum quoque quod est in d. vers.
ult. hoc forte propterea rationem Lex Falcidia
fecit quam expressit Gaius in d. vers. dos Legata

Ibi scilicet quia suam rem mulier recipere videtur
hæc ratio adæquata non erat cessante dispositione
Legi quia et si mulier que dotem recipit suam re-
cipiat dum tamen præsentis die recipit amplius, re-
cipit propter commodum representationis, sed quia
maritus qui uxori dotem relegavit voluit ne hæc
commodo mediæ temporis fruereetur et ne uteretur
beneficio Legi. 12. tab. que dotem annua die solui
iubebat propter voluntatem testatoris res reduitur
ad suam naturam secundum quam mulier tanquam
creditor. Statim dotem recipere debebat, et ideo com-
modo representationis propter voluntatem testato-
ris neglecto nominatim Lex Falcidia cavet, ne ex
prelegato dotis quarta deduceretur quia mulier sua
rem recipere videtur.

Hoc casu Lex Falcidia ex-
pressit quo mulier debitam sibi dotem ex relegatione
accepit nam si adhuc indebita dos erat propter le-
gatum Legi Falcidie locus erit veluti in casu le-
gi prima. §. idem querit vers. sed et marito hoc tt.
ibi enim pater filio ex parte hæredi instituto nuri
dotem prelegavit (sicpicies ponenda est secundum
Bibianum non secundum Acusium qui putabat
patrem filio dotem legasse) cum ergo mortuo vi-
vero adhuc inter filium et nurum constaret ma-
trimonium, adhuc tamen debita dos erat. quia

Quia constante matrimonio non dum dos debetur. l. 1. §. Scelus hoc t. l. sed et si pro dote. 10. §. 1. deleg. praes. excepto casu legi si constante. 2. §. in prioro luto matrim. Unde nihil mirum quia hoc casu legem Falcidiam patitur Legatum quia ut inquit Consultus in d. vers. sed et marito constante matrimonio in debita dos videtur relegata sed si Lex Falcidia locum non habeat propter commodum representat^{is} quo modo quando maritus uxori suae dotem relegat et fidei commissum ab ea relinquit, valet fidei commissum et firmatur ex modo representationis quod ex relegatione mulier sentit. l. 2. hoc t. hoc ideo quia maritus qui cum uxori dotem relegaret ab ea fidei commissum voluit ut ratio haberetur commodi representationis quia aliter fidei commissum valere non poterat, at v. quando simpliciter dotem relegat sine onere sine conditione nollit ut haec commodum representationis uteretur, et ideo mulier propter voluntatem mariti dotem recipit ut quicumque alius creditor debitu sibi pure, quo casu cerat Lex Falcidia et hoc est quod dicit Consultus in d. vers. dos relegata ibi scilicet quia suam rem mulier recipere videtur. haec ergo sententia admissa adhuc controversia erat inter Julianum et Marcellum, eo casu quo alij dos legatur ut mulieri restituat Julianus, namque et si admittet Lex Falcidiam locum non habere quia vxo

22
Vxorī dos prelegatur tamen interpositi personam atten-
dendam dicebat propter quam probabat in Legato Legi
Falcidia locum esse, sed Marcellus in d. l. cum dotē
existimabat omnia interpositi capientis persona vxorē
attendendam quod sufficit ut verum sit quod in prio
affirmat s; non habere locum Legem Falcidiam que
s; et quītr Ulpianus in d. vers. quero.

Secundum hac l.
Falcidia cessat quando mulieri dos sua relegatur, sed
et cessat quando non dos ipsa sed pro dote aliquid
Vxorī relinquitur quia ut eleganter inquit Consultus
in l. 2. vers. sed et si non dos hoc pro dote aliquid
Vxorī legatur, adhuc quasi dos relegata accipitur
Vnde mea quantitate que dotem equatur cessat Fal-
cidia et si id quod amplius est habita ratione
Falcidia mulieri prestatetur. l. 1. vers. quod si pro-
terea hoc tt. ergo in specie a Scabola nro proposita
etsi non dos sed fundus pro dote Scia legatus fuerit
quod attinet ad personam mulieris in Legato cessa-
uit Falcidia

Inge quod cum maritus
(speciem in marito apponamus) a Scia vxore sua
centam doti nomine accepisset non dotem ipsam
sed pro dote fundum qui et ipse valebat centum per
Vindicacionem Vxorī legavit eundemque fundum
Memio similiter per Vindicacionem. sic mulier et
Memius

Memius Verbi quidem diuini sunt, sed coniun-
 cti in eodem fundo qui vtrique Legatus est his Verbi
 diuini et dicantur sed iuncti re. l. re coniuncti. 89.
 de Legat. 3. et solidum ab initio habent ut pote qui-
 bus solida proprietas relicta est. Ulpianus tt. 24.
 §. optimum sed concursu partes fiunt, id est vtroque
 concurrente et agnoscente Legatum fundus inter eos
 ex aequo diuiditur. l. 1. §. interdum de usufruct. ac-
 resc. l. coniunctum. 80. de leg. 3. Ulpianus d. §. optimum
 Paulus lib. 3. sentent. tt. 6. §. interdum, ita fit quan-
 do Legatum relictum est per vindicationem quia si
 per damnationem etiam inter re coniunctos concursus
 non esset, sed singulis insolidum Legatum debere-
 tur ut inquit Ulpianus d. tt. 24. §. si per dam-
 nationem in fine hoc est, vni res, et alteri pretium,
 et ideo diximus Seia et Memio per vindicationem
 fundum Legatum est, et in rura lege Scabola di-
 cit in illis verbis. plus vindicet. Mulier ergo et
 Memius quibus fundum maritus Legauit etsi
 ab initio solidum habeant simul tamen ad fun-
 dum Legatum concurrentes concursu aequas partes
 habebunt, sed finge amplius maritum ultra do-
 drantem Legasse, ita ut in hoc Legato Legi Falci-
 dia locus sit utique in parte mulieris cessat Fal-
 cidia quemadmodum et cessaret si ei dos sua
 relegaretur, sed tamen Falcidia Memio deberetur

Fortè respectu totius fundi arg. Legi plane. 35. ad legem Falcidiam.

Illud ergo querit Scabola apud quem quod Falcidia Memio auferat debeat, remanere et quidem videbatur apud heredem remansurum Falcidia enim propter heredes introducta est, ut eo com modo invitati adirent hereditates pro inst. de leg. Falcid. sed aliud in nostra lege Scabola probat nempe quod Memio Falcidia auferat pene heredem non remansurum, sed illud amplius mulierem vindicturam ideo quia cum amplius sit in dote mulieris que et ipsa centum in dotem dederat et propter Memium qui concurrat ad Legatum non totam quantitatem quam in dotem dederat accipiat oportebat, ut pro eo quod deest ad quantitatem dotis contra heredem mariti ageret. L. 1. §. idem querit. L. 2. §. 1. in fine L. 7. Veri. sed si Lex Falcidia hoc tit. L. Fidia. 35. §. qui in vita L. cum pater. 77. §. fidei tua de legat. 2. L. 78. §. maritus. ad Trebell. cum ergo pro dote uxoris maritus legauerit fundum quid quid ex fundo pene heredem debebat remanere, melius est quod voluntate mariti uxori demus ergo mulier ex fundo do drantem habeat Memio quadrantem at qui dices secundum hoc inter mulierem et Memium qui

quibus con iuncti fuerunt, concursum non esse quia ut di
 Scabola res inter legatarios ex aquo dividitur, hoc nec
 negat Scabola nam et in eo inter eos concursu non
 est quod ex parte mulieris Falcidia non detrahatur
 et si ex parte Menij detrahatur, duo ergo singularia
 continentur quarto non alterum quod Falcidia non
 remanet penes heredem alterum quod inter re
 con iunctos concursus non est cum quibus finitur
 hac Lex: auspice labore.

Ad legem si Sthico.

L. de peculio legato

In L. si Sthico. so. de dote prolegata quam ex hoc
 libro nuper explicabimus casum ostendit Scabola in
 quo quod Falcidia aufert non remanet penes he
 redem sed ad meliorem collegatariam expectat et sic
 heres non sibi detrahit quartam, sed magis Legatario
 forte singularem illam resolutionem que exstat ex
 D. L. si Sthico ex Iuliani sententia que in hac le
 ge preparatur Scabola confirmavit in qua Iulia
 nus dicebat quod si Sthico manumisso peculij
 Legatum sit et Titio servus peculiaris quanto
 peculio detradum erit ab herede, ob id quod do
 mino debetur non remanere penes heredem sed

si accedere cui Picarius Legatus est namque Juliam sen-
tentiam explicare aliquando Scabola contingit scilicet
in l. Juliamus. 6. qui et. agnibus; sed verba tantum Ju-
liani referre et questionem a Juliano propositam incul-
care nunquam fecit quia hoc superfluum esset; Verum
ergo est quod coniectamus scilicet hanc Legem si Sibi
co. 21. de pecunia legato quam modo explicare intendimus
partem fuisse dicta Legi si Seia, in qua ex Juliani
sententia Scabola non confirmavit quod dixerat in d.
l. si Seia sed integram Scabola questione que hi
duabus Legibus continebatur Tribonianus divisit ac
sub diversis titulis collocavit recte quidem Scabola
noster quod de Falcidia dixerat in d. l. si Seia. ex si.
Juliani confirmat que in deductione de pecunia propter
id quod domino debetur expressa erat, similis namque
deductio est que per Legem Falcidiam fit, et ea que
fit de pecunia ob id quod Domino debetur et ideo de una
ad aliam recte valet argumentum ut constat ex le-
ge et si non omnes. d. §. 1. commun. divid. primam p.
questionis explicavimus que est in d. l. si Seia, recte
modo ut et aliam explicemus que in hac lege proponitur
Quod ut recte expli-
cavimus sciendum est pecuniam nihil aliud esse quam
quod servus domini permissu separatim a rationibus
dominici habet deducto inde siquid Domino debetur
l. §. 3. pecuniam. de pecunia, ergo quid quid servus per-
missu

Permitti Domini separatim arationibus dominici ha-
 berit si iussit res soli, siue mouili id serui peculiū merit
 secundum quod et Vicarius seruus in peculio habere
 poterat. L. quam Tuberoni. 7. §. in peculio. L. si seruus. 17.
 eodem. tt. Sim. apud antiquos ex diuersis ministerijs et
 seruilibus officijs diuersa nomina habent serui, alij or-
 dinarij dicebantur, alij Vicarij, alij Medias tiri. seruus or-
 dinarius erat maioris cuiusdam actus, seruus quiue ponebat
 supra rationes, et ideo alij serbi preponebatur erat que do-
 minus eorum d. L. si seruus. 17. de pecul. L. 6. Veri. §. Vic.
 meo hoc tt. hoc est Veluti Domini unde et dominus qui su-
 os seruos legabat Vicarios non legabat L. suos. 73. Junto
 fone. de leg. 3. L. seruo mamumilio. 15. hoc tt. quia vica-
 rij magis serbi ordinarij intelligebantur quam domini.
 ipsos que ordinarios in peculio habebat L. 6. L. 7. §. in pe-
 culio. d. L. si seruus. 17. cum duabus sequentibus L. deposuit
 38. §. Sticus de peculio. L. procuratoris. §. §. 1. de In-
 butoria actione. L. et ideo. 12. de inst. act. L. seruus
 17. §. 1. de in rem verso L. 4. d. L. si peculiari. 6. §. vicario
 meo L. Sticus. 16. hoc tt. propter quod et Vicarij quia
 in ordinarij peculio erant peculiari serui dicuntur et
 in no. tra. Scabola vocat, est enim seruus peculiari
 qui in alterius peculio est. L. 3. §. milles. de suis et
 leg. hered. ad quos respiciunt. L. priuilegi. in l. 4. §. Pom-
 ponij affirmat ex N. Pomponij eum qui in seruitute
 peculiaria mancipia constituta habuit notari potest L.

bertatem Vicarius de Servus servi erat Servus. qui que
servo ordinario subministrabat Oratius

Sive Vicarius est qui
servo paret, ultimus verber ait, Ordinariorum varia
erant ministeria, actores Procuratores Silentiarij di
pensatores l. 12. de inst. act. Vicariorum etiam varia
in quibus Servi maioris in familia vices habebant, ea
describit Ulpianus. in l. 8. §. ult. l. quæritur. 12. §. idem
respondet domo defundo instructo l. cum quæritur §. ult.
de leg. 3. hijs etiam servi vulgares dicuntur in l. item quid
Labeonem. l. 4. §. prætor ait, Vers. itaque prætor de inju
rijs. quia vulgaris erant eor. ministeria medij inter
servos ordinarios et Vicarios. Mediarum dicebantur que
si medium actum inter utroque habentes, unde et
medij actus hominis dicuntur in §. pena in fin. inst. de
injurijs et horum mentio fit in d. §. ait prætor. l. 1. §. cau
pones, nauta caupones et stabul. l. ult. de operis serbor.
Hi ordinarij non erant quia subre vicarios non habebant
sed nec vicarij quia ordinarijs non subministrabant, sed
propria et distincta officia habebant que referuntur in
d. §. caupones.

Deinde sciendum est
aliam esse causam illius servi qui ttt. manumittitur
aliam illius qui inter viros servo ttt. manumisso non
aliter concessum videtur peculium quam si ei specia
liter legatur l. si legatus. 24. l. denique d. §. interdu

hoett.

Hoc tt.º at vero manumisso inter viuos tacite conce-
 rum videtur si ademptum non sit. l. si Stico. § 3. de
 peculio. l. cum Dominus. 19. in prio hoc tt.º vtramque
 differentiam notarunt Imperatores in l. ult. c. de
 pecul. eius qui libert. meruit et Iustinianus in §. pecu-
 lium inst. de Legatis. ratio differentie ea est, quia
 cum Dominus inter viuos seruum manumittit nec pe-
 culum alij dat, nec sibi recipit, tacite concedere vide-
 tur. manumisso, idque rescripto Seueri et Antonini
 effectum est, teste Iustiniano in d. §. peculium at v. tt.º
 peculium cum vniuerso Iuribus heredi dedisse videtur
 quod seruo vel alij non legauit; ergo qui seruum in-
 ter viuos manumittit, nec vult ut peculium habeat, ne-
 cessarium est quod expresse addimat, qui vero in
 tt.º non est. necesse excipere peculium quia non sequi-
 tur eum nisi legatur et e conuerso qui inter viuos ma-
 numittit et vult ut seruus habeat peculium, sufficit
 quod non adimat, qui vero tt.º necessarium est quod
 seruo peculium expresse legat. d. l. si Legatus. 24. hoc
 tt.º vnde proprie tt.º de peculio legato expectat. ad ser-
 uos tt.º manumissos, secundum quod et illa Verba Sca-
 bula que sunt in vna Lege: ibi: Si Stico manumisso
peculium Legatum sit. Et neces.º de seruo manumisso
 tt.º accipienda sunt namque seruus manumissus
 de seruo tt.º manumisso accipitur. l. seruo manumisso
 § 8. de conditio nib. indebit. §. peculium inst. de Legat.

Transcription si ipsi seruo legatur peculium l. si seruo l. 8.
hoc titulo

Si ergo seruo manumisso
legatur peculium videamus quod legato peculij contine
atur et quidem si sit in corporibus nequidquam seruus
domino l. cum serui liberi ve domini debeat integra
corpora vindicabuntur, puta fundi, aedes, serui, similes
De ver l. si peculium s. in p. hoc tit. si vero sit q
domino conserui liberi ve domini debeatur utique
id antea de peculio deducetur, nec enim vero simile
est dominum id concedere seruo in peculium habere
quod sibi debetur l. sed si damnamus. s. praeterea ven.
nam ut eleganter de peculio, at per consequens, nec
ipsi legare peculio legato detraheretur, ergo id quod
domino debetur vel supra scripti personi non qui
dem ex una re peculiari, sed singula corpora prorata
debeunt diminui ut ex Iuliani et Celsi sent.
Ulpianus probauit in d. l. si peculium vers. si non
v. l. denique s. hoc tit. hoc est non corporaliter, sed
vniuersaliter, ne si corporaliter minuerentur statim de
sistant in peculio esse, nec sine noua Domini con
cessionem iterum peculiaria effici possent etiam si do
minus debitum seruo donasset aut nomine ser
uualium domino intulisset contra l. 4. s. si deo
de peculio quo pacto etiam propter impensas necessa
rias in res dotales res ipsas corporaliter non minuit sed
vniuers

Universaliter affirmavit Consensus in L. quod dicitur
 tur. §. de impensis in res factis, nisi aliter dicere
 mus propter impensas necessarias fundus desineret
 esse dotalis aut pars heredis nec soluta pecunia in
 essentiam dotis revertetur contra id quod scribitur
 in d. L. §. et in L. si is qui §. 6. §. quod dicitur de iure
 dot. hoc et significat Scaevola noster in presenti dicit
 id quod Domino debetur non ex una re peculiarari
 sed de peculio detrahendum esse affirmat secundum
 hoc etiam Servus Vicarius qui in ordinarij peculio
 erat propter id quod Domino debetur pro rata minue
 tur pro alia parte ad Stolicum expectavit, cui pe
 culium Legatum non propter Legatum peculij etiam
 Servus peculiarari sine Vicarius ad ordinarij peculium
 manumissum expectat. L. si servus. 29. L. si pecu
 lium. 6. §. Vicario. L. Stolicus. 16. L. dominus 22.
 hoc tit. L. cui consequens. 18. de peculio.

6// Sed finge quod cum
 Stolico manumisso peculium Legatum esset amplius
 Titium Servum Vicarium qui et ipse servus peculi
 aris non in solidum Titio debetur, sed utrique hoc
 casu Vicarius sive servus peculiarari non in solidum
 Titio debetur sed utrique scilicet Stolico cui peculium
 Legatum est et Titio, sed concursu partes habebunt
 et tam in L. conjunctum. 80. de leg. 3. et ea quod
 Notandum in L. precedenti hoc quidem existimavit

umanus sed ipse postea mutavit sententiam non
nos mutamus, sed verum esse existimamus dum ali
ud non constat de voluntate testatoris in dubio tes
tator qui Legat peculium manumisso et mox Titio
seruum peculiarem Stibicam et Titium re coniunctos
esse vult et ideo concursu partes habebunt quemad
modum si alij optionem seruorum, alij Stibicay
seruum suum Legauerit l. si Domino de leg. 1. aut
etiā alteri fundum alteri fundi usum fructum,
quia et hoc casu coniunctos esse et usum fructum in
ter eos communicari; intendit. l. si tibi decem. 6.
de usufructu earum rerum, quae nam et pecunia Legati
specialiter ipsa res quae sunt in pecunia seruo Lega
ta censentur et ideo vniuersaliter non petitur pecu
niam quemadmodum et petitur hereditas, sed singu
lae res vindicantur & tam in l. si peculium. 6. in prio
hoc tit. quare non est mirum quod si alij res peculi
aris Legatur veluti Vicarius et manumisso peculium
ad Legatum tunc simul cum Legato manumisso con
currat quod non obscure colligitur ex vno textu in
cta l. si Seia de dote pra Legata, quam infra
eius partem esse iam supra obseruabimus ut ex l.
Titia. 36. de leg. 1.

At qui dices Legatum
peculiam Legatum generis esse. l. si peculium. 1. 0. de
manumiss. tit. l. frater a fratre de cond. indeb. vnde
si

Unde si post legatum peculium alij res peculiares
 legatur species hac eximi debet delegato peculij et
 in solidum ad Legatarium pertinere ut in d. l. si pe-
 culium de manumissis. lll. manifeste probatur et in
 l. 6. §. si seruis hoc t. l. uxorem. §. 1. §. Feliciis.
 l. seruis Urbani 99. §. ult. delegat. 3. l. queritum
 12. §. ult. de fundo instructo l. 2. de tritico legato
 l. 1. de auro et argent. legat. idque ex regula l. in
 toto. §. de regul. iuris. l. sanctio. §. de panis, sed
 aduerte regulam hanc que dicitur generi per speciem
 derogari, eo tantum casu veram esse qui ita constat
 esse voluntate testatoris, nam et ex eadem volunt.
 non constat et ad utrumque species legata potest
 expectare utriusque legata censetur, et concursu par-
 tes fiunt, hoc recte aduertit Scabola in d. l. uxore
 §. 1. §. Feliciis. delegat. 3. dum querit an fundus
 qui duobus libertis specialiter legatus fuerat et mos
 generaliter filio, an filio tantum an duobus libertis
 an vero tribus scilicet filio et duobus libertis debeat
 tur non nisi quia et casus sunt in quibus aliquan-
 do ex voluntate testatoris species derogat generi
 expectat que in solidum ad Legatarium aliquando
 non derogat sed expectat ad illum cui genus legatum
 est et aliquando nec ad unum nec ad alium, sed
 concursu partes fiunt et ideo ipse ut probet fundum
 ad libertos pertinere nec filio deberi cum generaliter

101
Legatus est ad coniecturam voluntatis recurrendum
ubi non esse verisimile est. quae etiam ratione pro-
cedit. D. L. si peculium. 10. de manumiss. tit. testator
enim qui cum peculium servus ordinario prolegasset
mox vicarium eiusdem peculij liberum esse iussit ubi
que hunc vicarium Legato peculij non contineri vult
nisi hoc ita non fiat, vicarius liber esse non potest
§. ult. inst. de donat. ergo peculio Legato et Vicario
manumisso hanc speciem excimise censetur testator
ut vaquie Consultus non ita in nro casu. in quo
si peculium manumisso legatur et mox Titio Servus
peculiaris uterque Legatarius est, uterque habet
in solidum voluntatem testatoris et ideo concursu
partes habebunt.

Eadem ratione procedit
§. in l. si peculium. 6. §. si servus et Vicarius hoc
tit. in quo etiam ex eadem voluntate si Servus et
Vicarius eius liberi esse iussi sunt eiusque peculia sua
Legata sunt, utique etiam Vicarius ordinario Legatus
non censetur propter Legatum peculij sed liber fit qua-
si ordinarij peculio exemptus propter domini volun-
tatem de peculio vicarij dubium esse poterat, an ordi-
nario cui peculium Legatum est communicari debe-
at. et per consequens an Vicarius vicarij impe-
culio ordinarij est et sub Legato peculij ordinario
relicto continetur. L. si servus. 29. hoc tit. sed mihi

Nihilominus Legatum vicarij cum ordinario com-
 muni esse non debere affirmat Consultus, ideo
 quia et si secundum verba concursus esse deberet
 tamen secundum voluntatem testatoris ita exau-
 dienda sunt tanquam de duobus separatis & peculiaribus
 testatore loquente ergo cessante coniectura voluntatis se-
 cundum verba inter utrumque Legatarium concursus
 est et significat Dei in illis verbis, ibi, nisi haec
mens fuit testantis sic similiter ex eadem volun-
tate in Leg. Servis Urbanis. §. 9. §. vlt. deleg. 3. qui
alij Veruas Legavit, alij cursores, nimirum et Ver-
nae et cursores sunt, Cursoribus cedent, unde enim
amplius colligi potest quam dum cursores in specie
alij legavit, quia per hoc priori Legato detrahere
convenitur, qua etiam ratione procedit. L. quassitum. §.
§. vlt. de fundo instructo. ut ibi notat Accursius
L. 2. de tritico. Legato. L. 1. de auro et argento legato
quod si simus indubio forte quia in specie aut in
genere utriusque sunt, hoc est quia Servi amores quos
habet testator simul sunt Veruae et Cursores, uti
que si aliud de testatoris voluntate non constet in so-
lidum utriusque Legatario debebuntur et concursu parte
fient. seu communicabuntur ut Consultus affirmat
in d. L. Servis Urbanis §. vlt. quo quid expressius di-
ci potuit quam indubio generi per speciem non deno-
gari sed concursum esse inter utrumque quando

501
Aliud non constat de voluntate testantis
Sic similiter dixi
mus etiam ex eadem voluntate testatoris legato ge
neris per speciem non derogari; cuius rei elegans exem
plum est in L. uxorem. § 1. §. Codicillis de leg. 3. et
ideo merito Scabola ut hoc ibi affirmet ad pietatem
recurrit unde illa verba pietatis intuitu quae sunt
in d. §. Codicillis. falsa adiectio non est, nec ratio co
locata ut existimavit Cuias. quem admodum nec
in L. si extraneus. § 6. de usufruct. quae cetera d.
dicendum foret aliud exemptum est in L. seruoma
num. § 15. hoc it. in nota L. sius. § 3. in fine dele
gatis. et tandem in L. dominus. § 22. §. dominus
hoc it. quae etiam non obscure significat concursum
esse inter manumissum, cui peculium legatum est
et inter eum cui Vicarius seu seruus peculiaris eius
dem peculij relictus est, namque hoc significat domi
num qui Vicarium communiem habebat cum seruo
ordinario ipsi ordinario manumisso peculium legauit
et mox ipsum Vicarium, qui communiem erat nomi
natum et ipsi et libertas sua quo casu per Legatum
ipsius Vicarij nominationem et in specie relictum deroga
re non censetur Legato peculij sub quo etiam Vica
rius ipse continebatur, sed concursus est inter ipsum
seruum cui peculium legatum est et se ipsum et
libertam cui nominationem postea relictum est, et ideo
dimi

Dimidium ipsius vicarij propter Legatum peculij ad ordinarium expectat, et alterum dimidium dividitur in ipsum et Libertam ita ut quarta pars Libertae sit quarta Liberti ut inquit Solutus.

10

Siquidem si Stichico manumisso peculum Legatur et Titio Servus pecunia in solidum iste servus ad Titium non expectat sed concursu partes habent in eodem seruo Titius et Stichus utique et illud fit ut pars que ad Titium expectat propter id quod servus ordinarius domino debebat non diminuat argum. Legi denique d. & item si servus. l. si peculuz 10. hoc tt. l. filio famil. 34. l. ult. de peculio pars autem Stichi pro rata minuitur ¹⁰ l. si peculium. 6. in prio l. denique. 8. hoc tt. quare ex hoc legato servus vicarij pro parte que ad Titium expectat haeres nihil detrahit, detrahit tamen de parte que Stichi est (ad haeredem namque expectat illud detrahere de peculio quod domino debetur. l. et ancillary 27. & constat de peculio)

11

Ergo illud queritur apud quem habeat rem anore pars illa quam propter id quod Domino debetur haeres detrahit, et quidem apud haeredem remansuram esse videatur, nec ad Titium expectare ut pote quia per concursum quo Legatum in partes aequali divisum est iam Titius dimidium legati habet, alias enim si amplius haberet

Concursus non esset; sed nihilominus contrarium
Iulianus dicebat prout in nostra Lege refert. Scabola
noster affirmabat que quantum pecunia detractum
erit ob id quod domino debetur tantum ei accedere
cui vicarius legatus est, id que ideo quia testator
qui servum pecuniarum in solidum Titio legavit
nollit ut ex eo quidquam apud heredem rema-
neret: sed si propter id quod domino debetur aliquid
ex eo vicario detrahatur heres non remanebit pene-
rum, sed Titio accedit: amplius ergo in vicario legato
est Titius quam Sticium quasi inter eos concursus
non esset quare et hoc casu etiam verum est quod
illud quod detrahatur heres non remanet pene-
rum sed ad legatarium expectat quem admodum et in
l. si Seis. 10. de dote prelegata, et ideo recte ex hac
sententia Iuliani comprobatur Scabola noster quod
me a se propositam in d. l. si Seis in qua etiam quod
Falcidia Menio auferat non remanet pene-
rum sed ad mulierem legatariam expectat, pars ergo haec
et Lex dicta legi si Seis ut observabimus in prioribus

Hec est vera sententia.

huius Legi. haec questio quam Iulianus proposuit qua
nec percepit Accursius nec alij antiquiores imo nec
Crufacius in d. l. Seis ubi etiam non recte affirma-
vit accedere in hac Lege, id est atque non decedere,
accedere hic non significat non decedere sed augeri

164

Legatum ut et in l. denique §. 3. qui Ithicum. boett.
I. pennit. in fine de peculis. quod verbum recte stat
secundum nostram interpretationem et hoc sint sa-
tis de hac lege. transeamus ad l. eas causas §. ff. de
condition. et demonstr. que ordine pandectarum post
hanc subsequitur et totum in honorem omnipotentis
altissimi.

Ad legem, eas causas

§. ff. de condit. et demonstr.

Obscurissima sunt Scabola questiones, sed addit obs-
curitatem si forte litera in omnibus exemplaribus non
eodem modo legatur dum fluctuat aërius qualitt.
- Verior sit qua ve retinenda ex eo namque pendet
qua fuerit questio a Scabola proposita et quo modo
explicari debeat hoc euenit in l. eas causas §. ff. de
conditionibus et demonstr. quam modo explicare
intendimus, in qua aliter legitur in pandectis Flo-
rentinis aliter in noricis, aliter in alijs libris non
in notantum loco, sed alijs atque alijs. primo in illis
verbis que sunt in prologo in Pandectis Florentinis
sic scriptum est, eas causas que protinus agentem repper-
unt infidei commissu non pro conditionalibus obseruari
oportet. quo etiam pacto in norico lib. obseruabit legi

S diligentissimus Ep. Ant. Augustinus, sed nihilominus in hoc etiam variatum affirmavit Accursius dicens alibi de eae particulam, non legi que in fidei commisi
o pro conditionibus observari oportet deinde in fine
Legis ubi in Florentinis scribit, nec enim parem dicemus
eum cui ita datum sit si monumentum fecerit, cum
cui datum est ut monumentum faciat Noricus li
ber et Oleander Legum ut monumentum non fa
ciat tandem in medio Legi ubi scribitur in Flo
rentinis, eas vero que habent moram consumptu admi
temus cautione ablata. etiam vulgo Legi moram con
sumptam Jacobus Cuncius observabit aut ex greco
moram coniunctam advertit Guilielmus Fornericus
l. select. c. 30. ha littera tantum sibi adversantur
quantum affirmatio et negatio quod una affirmat, alia
negat, quod una ponit alia destruit, igitur ex Iuris
principijs controversia haec componenda est, examinan
dum que nobis sit verior littera que questio Scabola
qui de sensu illius.

Quod ut recte expediamus
advertere oportet Legati aut fidei commissi que relinquunt
tr aut causam adscribi aut modum aut conditionem
rubrica huius tituli sic concepta est de conditionibus
et demonstrat. et causis et modis eorum que in tit. scri
buntur has adiectiones Legatorum et fidei commissorum
per titulos amplius distinguit Iustinianus lib. 6. Codic.

tt. 44. 45. et 46. conditio est adiectio in dubium futu-
 rum eventum dispositionem conferens, aut etiam
 aut alij describunt causa opposita legato qua exsi-
 tente legatum debetur, deficiente perimitur, suspen-
 sa suspenditur, modus vero adiectio est que os-
 tendit quid Legatarium ex legato facere testator
 velit, aut etiam moderatio dispositioni adiecta
 qua honoratus gravatur intempus dispositionis per-
 fecta ad bonum implendum post habitum emolumentum,
 causa vero est ratio legandi collata in preteritum
 veluti si testator dicat Titio centum delego
 quia negotia mea curavit l. si ita legatum 12.
 l. demonstratio 17. §. quod autem l. cum tale 72.
 §. falsam causam hoc tt. l. si sic legatum 75. §. 1.
 delegat. 1. l. ult. de heredi. inst. sed hac aliq.
 causa non in preteritum concipitur, sed in futurum
 si est ratio legandi futura, veluti si dedi tibi pec-
 uniam ut Stichum emeret l. 2. §. ult. de donat.
 ratio legandi preterita proprio nomine causa
 dicitur in hoc tt. d. l. si ita legatum d. §. quod autem
 ratio legandi futura simpliciter causa non dicitur
 sed modus aut conditio est, si conditione aliter enun-
 ciata fuerit causa veluti si testator dicat, Titio
 si negotia mea curaverit fundum meum do, lego
 §. longe magis vers. sed si condicio naturaliter inst.
 delegat. prout legit Potstedus et alij codices habent

Et si in alijs pro Verbo curauerit Legatur, curauit ut
Legit Prophieta quod si cui in hoc Legatum est ut ex
eo aliquid faceret veluti monumentum testatori, aliud
de quod simile aut etiam aut partem alij restitueret
modus est seu sub modo Legatum. D. L. demonstratio
in fine, L. si tibi Legatum. 19. de Legat. 3. L. 2. §. ult.
de donationibus.

Multum autem interest, an
causa in praeteritum concepta conditionaliter sit an
vero non conditionaliter, si conditionaliter concipi
atur et si vera conditio non sit quia in dubium fu
turum euentum non confertur, nihilominus aut
valeat Legatum vel fideicommissum oportet esse im
pletam quod si impleta non sit inutile Legatum est
D. L. 17. vers. at si conditionaliter. hoc t. quod si
conditionaliter non apponatur nihil interest, an
impleta sit nec ut valeat Legatum. L. cum tale. 72.
§. falsam causam. hoc t. tunc autem causa in
praeteritum delata conditionaliter concipitur q
concipitur per particulam si. Veluti si testator
dicat. Lego Titio centum, si negotia mea cura
uit si frater eius ex arca ^{mea} tot aureos sumpsit non
conditionaliter per particulam quia. Veluti si
testator dicat Lego Titio. 100. quia negotia mea
curauit, aut etiam quia mihi patrocinatus est
in causa capitali vel existimationis, multum interest

an

An causa per particulam si concipiatur, an v. per
 particulam quia exprimat. 1.º casu si impleta
 non est Legatum non valet. 2.º vero maxime et si
 falsa causa sit. d. l. demonstratio §. ult. d. §. longe
 magis hoc ideo quia particula, si est dubitantis
 particula vero quia confirmantis, quando causa ex
 primitur per particulam si ratio legandi legato
 coheret. quia testator non vult aliter legare quam
 si negotia eius Titius curavit at v. quando exprimitur
 per particulam quia ratio legandi legato non coheret
 quia magis ratione confirmandi Legatum causam
 testator expressit, quam ut ex ea Legatum penderet
 et ideo de ea causa que exprimitur per particulam
 quia recte dicitur falsam causam legato non obesse
 d. §. falsam causam de alia vero obesse.

Sed aliud significare vult
 in l. si sit Legatum §. 1. de Legat. l. t. in
 l. Legavit. §. 1. Vers. quod si sic dixerit de libertat.
 Leg. in qua sic expressa causa decem que mihi
 Titius debet Lego. I. damnas esto. ei dare si falsa
 sit ne quidquam debeat Titius perimit Legatum,
 quod ideo difficile est, quia diximus causam de
 preterito que concipitur per particulam quia et
 si falsa sit; Legatum non vitare; sed si aduer
 tas causa hoc modo expressa decem que mihi Ti
 tius debet Lego aut damnas esto, ei dare longe differ

Ab ea qua exprimitur per particulam quia, nam
hac legato non coheret ut inquit P. und. §. fal
sam. hoc vero maxime namque causa si expr
sa decem qua mihi Titius debet. lego et tantum
ratione legandi sed et Iuriprum legati significat
nam etsi verum sit quod ideo testator legavit quia
existimabat Titium sibi debere, tamen nihil
aliud legare voluit quam quod sibi Titius debe
bat: ergo hoc casu causa legati et Legatum non
separantur, sed causa legati idem est atque ipsius
Legatum. l. quiritum. 91. §. duobus de leg. 1. unde
si causa legati falsa sit qua Titius nihil debet
oportet quod et Legatum nullius momenti sit
argumento legi cum illud 23. §. 1. quando die
legati ced. et ideo falsam conditionem sine causam
vocavit Ulpianus. und. §. 1. quasi causasset ipsa
met conditio legati, seu causa conditionaliter ex
pressa, quod autem sic concepto legato decem qua
mihi Titius debet lego seu damnas esto. ei da
re, non falsa demonstratio sit, lego adiecta, sed
ipsa met decem testatore legare voluisse. qua sibi
Titium debere testator existimabat. Paulus ostendit
und. l. legavi vers. quod si sic dixerit ex verbo dan
di quo testator usus est, dum dixit damnas esto
ei dare quod significat ad illud tantum debitum
se referre testator existimasse quod idem est, ac si
diceret

Si diceret non de alijs decem testatorum venisse ut
 falsa demonstratio sit sed de illismet que exstima-
 bat si Titium debere que si heres dare non possit
 quia Titius nihil debet oportet quod nullum legatum
 sit. Ulpianus v. ind. l. si si & t. hoc ipsum ex eo collig-
 dit quia si Titius re vera debere deberet et si legasset
 testator decem que mihi Titius debet. lego. etsi Titius ex-
 istet extingueretur legatum etsi non existisset sed
 debito maneret non quidem decem sed adversus de-
 bitorem actiones heres dumtaxat prestare ageretur
 quod inditio est de illis tantum decem que Titius de-
 bebat testatorem intellexisse, unde si Titius debito non
 sit nullum erit legatum. argum. l. si si serui
 Legatus. l. ob. & quicumque deleg. l. & sed et si de dote
 prolegata.

De his ergo causis que conditionaliter
 exprimentur queque in Legatis apposite protinus agen-
 tem repellunt. Loquitur Scabola noster in pro Legi
 si litteram negativam retineas scilicet non pro condi-
 tionalibus. deque ipsis affirmat quod quamvis in Le-
 gatis apposite protinus agentem repellant. d. l. demon-
 stratio. l. 7. vers. at si conditionaliter. hoc. d. & longe
 magis. in l. deleg. nihilominus in fideicommissis non sic
 accipiuntur sed pro non conditionalibus observari oportet
 hoc expriment verba Scabola negativae concepta
 sed ratione differentie inter Legata et fideicommissa

Assignaret, cur scilicet in Legatis causa conditionaliter
expressa protinus agentem repellat non vero in infidei
commissis, non erit in facile explicare forte in fideicommi
ssis magis dilectus censetur cui restitui pecuniam testator
iussit quam cui honor tantum habitus est, unde etsi in
Legatis causa conditionaliter expressa repellat statim Lega
tarium si falsa sit deficiente voluntate testatoris D. l.
cum tale. 72. §. falsam causam. Vers. sed plerumque hoc
tamen in fideicommissis non ita observabitur, sed magis
regula generalis secundum quam falsa causa non observat
Legata, nam et hoc ipsum in institutionibus observari
ostendit Notus. in l. ultima de heredibus instituendis
in qua si imperator non subveniret utique institutio
valeret, hoc a nobis magis probatur quam quod inter
pretes existimant scilicet retenta littera negativa Sed
bolle mentem fuisse ut affirmaret eas causas hoc est eas
Conditiones de presenti et de preterito conceptas, quia
protinus repellunt agentem. hoc est Legatum a prin
cipio inutile redunt et relictum nullo modo suspen
dunt pro conditionalibus observari non oportet
hoc est veras conditiones non esse quia ut diximus pro
pria conditionis est Legatum vel fideicommissum
suspendere l. itaque 39 si cert. petatur quod cum non
habeat hac conditio que protinus repellit agentem
l. cum ad presens. 37. eodem tit. l. cum in 2. Vers.
in preteritum de infesto rupto. l. 3. §. si patronus.

Vers.

Veri si in de bonis libert. Atque eas pro conditionalibus obseruari non oportet ut in presenti Scabola monet, quia si hoc verum esset, regula haec in universum vera esset nec solum in fideicommissi locum haberet ad quod tamen se restringit Scabola noster.

Quod si non placeat sic Scabolam explicare omnia littera negativa non pro conditionalibus retenta quae littera affirmativa, scribitur pro conditionalibus, nam etiam deesse particulam. non affirmavit Acursius et magis probabit Dominus Cujatius. dicit verbum illud causas non ad causas de praeterito referri sed de futuro, non et causa in futurum concepta causa dicitur ut probat & longe magis veri. sed si conditionaliter in Tit. de leg. ibi Titio si negotia mea curaverit fundum meum do, lego. l. 2. §. ult. de donat. et sic legendum esse Lex ipsa in fine demonstrat dum ponit ita datum legatum si monumentum fecerit quod conditionem significat, nec mirum quod in fideicommissi dicat Scabola noster non in legato et ratio est cum fideicommissi nomine apud Scabolam legatus significatur. l. tutor decedens. 26. de liberat. legata.

Secundum hanc lectionem quae a nobis magis probatur differentiam ostendit Scabola quae eatat inter legatum sub conditione relictum et sub modo etiam si tam in plemento conditionis quae modi testatoris intenderit veluti si ita leget testator, vel

821
Vel fidei committat si monumentum fecerit vel ut mo-
numentum faciat non quidem statim Legatarium ad-
mittitur etiam cautione oblata de conditione adimplen-
da, ideo quia hoc Legatum non tantum habet moram,
cum sumptu sed eius esse suspenditur nec deberi in-
cipit quousque conditio existat. L. Legata. § 1. hoc tit. L.
si post diem. §. 3. sed si sub conditione quando dies le-
pati ced. et ideo si huius Legati nomine agat Legatarius
etiam caut. oblata protinus repellitur a Iudicio quia
non dum monumentum fecit non dum adimplevit con-
ditionem, alias autem causas que habebant moram
cum sumptu, id est, que non possunt impleri sine mo-
ra temporis et sine spatio aliquo nec sine sumptu,
sine impendio L. facta. § 3. §. si sub conditione ad sub.
Veluti si ita datum sit Legatum ut monumentum fa-
ciat, hac causa modi cum qui protinus agit non repellit
namque statim potest petere Legatum relictum sub modo
aut monumentum faciat qui non potest impleri sine
spatio temporis et sine sumptu, ergo admittetur statim
ad Legati petitione non dum in cobato monumento etiam
tamen si propius sit ad offerendam cautionem et
conditionem desistere impleturum cum hoc mens
testantis fuerit ut ea pecunia in monumentum consu-
meretur L. quibus diebus. §. 3. ult. hoc tit. quod
et in omnibus Legatis sub modo relictis observatur
L. peto. §. 3. frater. de Legat. 2. L. si tibi Legatum. §. 9

de leg. 3.

Legat. 3. l. Libertas 21 §. Lucius de aranis leg. l.
 Titio centum 71. in p. 1. de rebus et. §. Titio
 centum et prim. h. 2. l. cum in t. 48. de fideicom.
 Libert. l. 1. C. huiusmodi sub modo vel etiam omnia cau-
 tione si solbat h. res a Iudice compelli potest lega-
 tarium ut modum impleat. l. Memoria. 44. de manu
 omni t. nos ergo par. est. ut inquit Scabala nos-
 ter ille cui ita datum si monumentum fecerit, quia
 illi sub conditione relinquitur, nec aliter admittetur
 ad Legatum nisi conditione impleta. hinc sub mo-
 do, et ideo ablata cautione recte potest petere lega-
 tum quod si modus non quidem utilitatem testato-
 ris contineat sed magis iacuis Legatarij. Veluti si Ti-
 tio centum legenti ut fundum emat, etiam sine cau-
 tione ad Legatum admittetur. l. Titio centum. 71. in
 p. h. 2. quem ad modum si per modum adiectum,
 Aut libertatis infringatur. d. l. Titio centum. §. Titio. 100.
 et 20. h. 2.

Recte ergo habent Pandectae Floren-
 tine quibus ita legitur. in sua lege. Memoriam cum
sumptu. et in fine ibi. ut monumentum faciat qua
 litera retenta recte congruit de d. 1. Scabala. nos tri
 non ita si litera immutetur et haec sufficiant.

Ad legem, si dionum 19.
 UVA. 2113C

ff ad leg. Falcidiam

Hic quaestio qua in hac lege proponitur pertinet ad
eam partem Legis Falcidia qua precipitur ut ita dicitur
Legatum ne minus quam partem quartam hereditatis
eo ttt. heredes capiant. haec sunt verba. Legi Falcidia
qua referuntur in l. 1. in prio. Veri. dum ita dicitur hoc
t. propter quod et illud probatum est in quartam heredi-
tatis quam per legem Falcidiam heres habere debet nec
tantum imputari quae iure hereditario capitur non quae
iure legati vel fideicommissi vel implenda conditionis
causa accipit. l. pater. 29. l. si amicus. 29. l. quod autem
74. l. in quartam. 91. hoc t. namque ut proxima ver-
ba. Legi Falcidia declarant, lex precipiebat, ne minus
quam partem quartam hereditatis eo ttt. heredes caperent
at appellatione hereditatis nec legata nec fideicommissa
continentur l. si Titius. 96. in fine de leg. 3. non ergo
heres qui iure legati vel fideicommissi capitur vel etiam
causa implenda conditionis partem quartam heredi-
tatis capitur oportet ergo quod quae in Falcidia imputa-
tur ab herede iure hereditario capiuntur hoc est iure
institutionis, seu iure ttt. ut inquit l. qui duos. 42.
de vulg. et pupill. quod si iure hereditario non capi-
antur utique nec imputabuntur in Falcidiam impu-
tat. 9. heres qui capitur iure hereditario quod autem

causa implenda conditionis non imputat. L. si pupi
 Uus 7. L. in ratione. 30. §. tametsi L. id. autem. 76.
 hoc tt. nec mirum nam et ad Falcidiam non perti-
 nent quia legatariis capiunt non tamquam legatum sed
 tamquam mortis causa capionem. L. 1. §. item si itale-
 gatum L. acceptis 3. hoc tt. L. hac namque non ex
 voluntate testatoris erogantur, sed sua voluntate he-
 res dat ut legati omni effugiat.
 Ponamus igitur quod fundum
 qui valebat decem quinque vendere heres damnatus est
 si accepto legato de ratione falcidis queratur. Videamus
 legato contineatur et an in falcidiam quinque heres debeat
 imputare et quidem vendere vel emere. Iussu certo
 pretio fundum vel aliam rem in legi Falcidie ra-
 tione tantum legatum esse censetur quanto pluris mi-
 norisve sit, res ea quantitate quam quo pretio testator
 accipi dari ve iussit. L. in ratione. 30. §. vendere hoc tt.
 sed quid amplius dicit. Arbitri. in d. §. vendere dum con-
uitt. sed ut ei quidem portioni qua legatis deductis
facienda erit amplius deducetur. Et in vers. sequenti
 in illis verbis quippe non nostri causa capi id pretium hoc
 equidem haec verba. quam sententiam habeant ve
 intelligere fatetur Tobianus, sed audeo asserere corrup-
 tum esse locum insuper que legendum pro illis verbis. in
super non nisi causa capi non mortis causa capi. sed for-
te retenta litera Vulgari. ille horum Verborum sensu erit

107
Ut aſſer meo Consultus quod quia Legati nomine indu-
cit quoad Leg. Falcid. quanto pluri minoris ut sit
ea quantitate quam pro pretio testator accipi dicitur
inuit ideo de alijs Legatis a testatore relicti non am-
plius quam quod deest ad portionem quam iure Fal-
cidie haeres deducere debet detrahendum est hoc enim
significare videntur illa verba: sed ei quidem portio
ni que Legatis deductis facienda erit amplius dedu-
cetur. etc. dele particulam ut quae est in pandec-
tis Florentinis quam et alij libri Tobeani non
agnoscit quod autem sequitur in Veri quippe in nri
causa capi ad ipsum etc. responso est hanc difficul-
tatem quae in proposito esse poterat cum in Falcidiam
pretium computandum esse non videbatur quia soli-
cet magis ex nro contractu quam ex portio testatoris
adquiritam ad pretium videbatur et ideo respondit
Consultus non nri causa capi hoc est non ex nro con-
tractu sed potius ex dispositione testantis qui rem certo
pretio vendere inuit non et ex eo fit quod eo deducto
quod pretij nomine Legatarius soluit reliquum pre-
tium quod amplius res valebat quam quod soluit ille
Obi res vendita est Legatum esse intellectum est quod
non ita esset si a nobis contractus eriretur non autem
a testatore

Valet ergo Legatum quando
dignum decem fundum quinque vendere haeres dam-

natur est

natus est nam quando certo pretio heres damnatus
 est vendere necesse habet tanti vendere quanti da-
 natus est. l. si cui legetur. §. 9. §. ult. deleg. 1. l. nec
 ullum. 13. §. etz. verum idem erit de petita hereditate se-
 cundum quod si dignum decem fundum quinque ven-
 dere heres damnatus sit, valebit quidem legatus
 sed non amplius quam quinque legare testator cau-
 timandus est. d. §. qui vendere. l. qui fundum
 §. 7. in prius hoc t. pro alijs vero quinque que pretij
 nomine heredi legatarium soluit legatum non est
 quinque ergo quasi legata venient in computatione
 Legis Falcidie

Sed de alijs quinque que he-
 redi solbuntur videamus, an ipse imputare debeat in
 Falcidiam equeidem imputare non debere ideo vide-
 batur quia nec imputat heres que conditionis im-
 plenda causa a legatarijs accipit. d. l. si pupillus. 21.
 d. l. in quartam. §. 1. hoc t. quia non a testatore capit
 nec iure hereditario, sed mortis causa. l. id autem. 76.
 hoc t. at enim hic pretium quinque non a testato-
 re sed a legataris, non iure hereditario sed mortis
 causa capere videtur heres quare videbatur nec in
 Falcidiam imputare debere sed aliud est quinque
 nam que heredi solbuntur Falcidia imputanda esse
 Scabola noster affirmat, idque sine dubio, namque
 aliud est quod conditionis implenda causa heredi datur

171
Aliud quod sine figura conditionis accipere iustus est
ab eo cui fundum vendere heredem testator iussit
illud non imputatur in Falcidiam quia ut diximus
mortis causa capitur. hoc vero maxime quia ut esse
pauca affirmat Consultus in l. in ratione. 30. § ta
met si hoc t. non conditionis implendo gratia sed quo
dammodo pretio inferre iussi sunt, qui autem pretium
habet quodammodo et ipsam rem habere videtur
pretium in locum rei succedente. l. si et rem, et pre
tium. 22. de petit. heredit. l. quia qui pretio. 39. de
usufructu et vicibus hereditario

Unde et fit quod si cui
fundus viginti fuisset legatus sub conditione si decem
dedisset non decem tantum legata convenitur, sed in
toto fundo legatarius habebitur et quasi de toto fundo
Falcidia detrahitur. l. ad veteram § hoc t. et si
fidei comisso amplius gravari non potuit quam deducto
eo quod implenda conditionis causa datum esset, su
peraret. l. civitatibus. 122. § ult. deleg. 1. nec enim am
plius legatorum nomine ad ipsum pertinere videtur
l. non amplius. 26. in princ. eodem t. cum enim quod
causa ad implenda conditionis heres accipit non im
putet in Falcidiam l. in quartam § 1. § ult. hoc t.
et si decem implenda conditionis gratia heredi lega
torius solbat nihilominus quasi de toto fundo
Falcidia detrahatur d. l. ad veteram § fidei comisso

Aut

Autem ubi haec ratio cessat amplius grabari quam quod
 a testatore accipit, nec ratio patitur, et si alias uberrimum
 posset esse legatum. S. si cui fundum § 6. deleg. 2. at
 quia fundum dignum decem quinque vendere haeres
 dominatus est etiam quoad Falcidiam non in totum
 legatarius habetur sed pro quinque tantum quae am-
 plius res valebat d. §. vendere. d. l. qui fundum. hoc ideo
 quia alias quinque quae legatarius soluit haeres im-
 putat in falcidiam quia proinde capere censetur, ac re-
 quam hereditariam secundum quod et ad leg. Falc.
 congruit exemplum quod apponit Consultus in d. §. ta-
 met si de eo qui non figura conditionis aliquid acci-
 pere iussus est, ab eo cui hereditas restituitur rogatus
 est si modo nec ut legatum accipiat nec ut fideicom-
 missum sed veluti pro pretio restituta hereditatis hoc
 enim et ipse iure hereditario accipit quia hoc quod
 accipit loco hereditatis accipit et quasi pretium illius
 quemadmodum et pretium in loco rei vendite unde
 et hoc casu recte affirmat Consultus fideicommissarium
 cui hereditas restituta est iuratum non cogi dare eam
 summam et recipere hereditatem quod non ita erit ut
 tanquam fideicommissum haberet accepta hereditate, li-
 berum ergo est ei non dare quemadmodum et liberum
 est non emere, cui fundum vendere testator iussit
 Et si fideicommissarius esset hoc ei liberum non est
 l. fideicommissaria. 11. §. cum esset de legat. 3.

571
Hinc est ratio cur Lex Fal-
cidia cesset si ille qui solvitur fundum centum habet ha-
redem suum damnavit. Ut cum quinquaginta Titio
venderet. L. qui fundum. Et in prioribus hoc tunc cum enim
quinquaginta que pretij nomine Legatarium solvit hanc
habeat iure hereditario in quibus amplius est quam
quarta Falcidia utique Lex Falcidia locum non habe-
bit ut inquit Consultus in d. L. qui fundum quem ad mo-
dum et cessat si is qui duos fundos centum in bonis habe-
ret et me et Titium heredes institueret et damnaret me
Ut Titio fundum Cornelianum quinquaginta venderem
et e contra Titium damnaret ut mihi fundum Seia-
num quinquaginta venderet quia ut inquit Consultus
in d. L. qui fundum. Verum item si is uterque heredes
dimidiam iure hereditario habiturus sit in qua pars
dimidia hereditatis est minorum, tu funde Seiani mi-
hi ante venditi quem tibi veluti pro pretio numeravi
et e contra ego fundi Corneliani tibi ante venditi (que
tibi veluti pro pretio) remiserem quem etiam pro pretio
mihi numerabi pars enim fundi pretij loco accepta
iure hereditario retinetur et ideo in Falcidiam impu-
tatur. Q. nostrum textum et hoc est quod inquit
Iuris consultus in d. L. qui fundum. Verum item si is
explicanda, alias difficilis erit nec recte conveniendi
principijs iuris et cum huiusmodi tractatus octavus
ad Laudem omnipotentis.

Ad legem si a seruo. 70.
ad legem Falcidiam

In lege si a seruo. 70. ad leg. Falcidiam casus proponitur
de seruo in quo legatum validum tempore mortis
in Falcidia non computatur si postea eueniat quod
fiat inutile et non debeatur veluti si quis seruum ali
enum heredem instituat et ab eo seruo domino eius
pet et postea domino serui per seruum acquisitus ha
reditas quod legatum affirmat in Falcid. non computa
ri quia quamuis validum fuerit tempore mortis testa
tori postea acquisita per seruum domino hereditate
capit legatum inutile fieri

Quod ut recte percipiamus
advertere oportet quod quamuis ei qui in potestate man
cipio re est veluti filio famil. et uxori qua in manu
conuenit vel seruo heredi pure inutiliter legemus
L. si legatarius. 8. §. de leg. 3. §. an seruo inst. de leg.
Ulpianus. tit. 24. §. Legatum nihilominus herede
instituto seruo vel filio famil. domino eius vel patri
etiam sine conditione recte legatum relinquitur. L.
de filio. 29. L. quiritum. 91. in prio de leg. 1. L. cum
legato. 17. §. de die legati ced. §. ex diuerso inst. de leg.
cuius differentie ratio in eo consistit quia si seruo

251
Vel filio famil. Legatum pure relictum validum foret
Uti que in unam et eandem personam. Iura actoris et
rei concurrerent idem que heres sui ipsius debitor
et creditor esset ideo quia cum dies legati pure cedat
a morte testatoris. l. heredi. 7. l. ult. quando dies
Legat. ced. l. unica. §. in nouissima. C. caducis toll. et
mortuo testatore domino vel patri qui heres institutus
est per uxorem vel filium Legatum adquiretur l. pla
cet. 79. de acquirenda heredit. §. igitur §. item nobis
unde per quas person. nob. acquir. unde idem met heres
institutus Ius autem actoris et rei debitoris et credito
ri in unam et eandem personam concurrere non po
tunt. l. heres. 21. §. quod si de fide iussorib. l. debitori
7. C. de pactis et ideo nec idem potest ei simul heres
et Legatarius, unde est quod heredi a se met ipso Lega
ri non potest. l. et quidem. 18. l. Legatum. 116. §. 1. de leg.
1. l. qui fiat. 34. §. 1. de leg. 2. l. filiam 16. ff. aure. et
argento leg. l. ubi pure. 19. in prio ad Trebell. Ulpia
m. te. 24. §. heredi nec interest. et valeat Legatu
quod uiuo testatore possunt filius vel seruum depotes
tate heredi exire qua ratione aliqui iuris periti tes
te Theophrasto contrarium existimauerunt, Cuius senten
tia fuisse videtur Celsus Consultus in l. 1. §. ult. de
regula Catoniana quia ut inquit imperator in d.
§. an seruo hac ratio admitterenda non est quia
obstat regula Catoniana secundum quam quod inutile
foret

Foret Legatum si statim post factum tll.^m decessisset
 testator non ideo debet valere quia dicitur testator
 dixit que ratio formatur in l. cetera. q. 1. §. b. tra. b.
 si deleg. 1. §. sed si rem. inst. de Legat. §. no. in
 At vero servus vel
 filio famul. herede instituto vi ab eo domino eius vel
 patri legatur non ideo statim etiam si testator de
 cederet cum fecit tll.^m domino. l. patri cum legato he
 reditas acquiritur quia etsi legati dies cedat, a morte
 testatorum non tamen cedit dies hereditatis l. 3. de her.
 Catoniana nec ante acquiritur quam adeatur. l. si
 optio. 13. de option. Leg. l. cum quidam. 30. in prio
 l. toties. 81. l. paponius. 86. de acquir. hered. l. unica
 §. in nominisimo C. Cadueis. toll. nec servus aut filius
 impotestate possunt adire nisi patri vel domino iuber
 te. l. quia aliena. 6. in prio et §. si si qui putabat. cum
 l. sequenti. l. si quis mihi bona. 25. de acquir. heredit.
 Unde vel potest servus ne domino acquiratur lega
 tum etiam iubente domino non adire. l. 3. C. de
 hered. instit. l. potest alium heredem efficere si for
 te antequam iussu domini adeat hereditatem eam
 que ei acquirat in alterius potestatem translatus
 sit, aut sibi acquirere si antequam adeat a Domi
 no manumittatur. l. si servus eius. 82. de acquir.
 heredit. quibus casibus cum divisa sit persona
 heredis et Legatarij, et Legatum utile erit et Domi

minus vel cum manumisso vel cum nouo domino ad
Legatum agere potest hoc autem sufficit ut cesset requi-
situm La. Catoriana d. l. si optio quod est quod dicit Julia-
nus in d. §. ex diuerso in illis verbis. ibi non tamen
apud eum qui heres sit dies Legati cedere intelligi
tr quia s. licet tempore mortis seruo manente in
potestate domini cesserit dies Legati non tamen cessit
apud eum qui heres sit, hoc est apud nobis de
minimo qui per seruum heres effectus est, unde
priori domino Legatum posteriori viro hereditas
acquiratur quam ratio etiam exprimit l. in d. l. c. y
Legato l. in fin. quando dies Legati ced. secundum quod
non interest ut desinat valere Legatum quod die
Legati cedente hoc est tempore mortis filius. l. seruum
in potestate patris. l. Domini sint ut dicit l. in d.
l. a filio. quia adhuc pendet aditio hereditatis
si seruo domino relicta quia potest antequam ad-
eat de potestate exire quod si non exeat sed in pote-
state permanserit et iuri domini adiret hereditas
tum Legatum euanciscit. d. §. ex diuerso in fine quia
per eo deducitur ut idem met inueniatur Legatarius
et heres. Legatarius ex scriptura l. l. heres veni quia
seruus iuri eius adens ipsi acquirit hereditatem
hoc autem ius non patitur, ergo quod ab initio utile
erat Legatum ex antecedenti infirmatur, quia Legato

Legato adiungitur hereditas ²⁰ quod difficile est quod
 Ulpianus scribit tt. 24 §. c. i. nisi aut ad
 das verba quibus proximus casus significetur aut to
 llas negationem ut et subdit Cuiacius lib. 6. ob
 servat. cap. 37. — Hinc quod heredi a semet ipso
 vel seruo eius legata fideicommissare sunt cum Lex
 Falcidia interuenit non veniunt in contributio
 ne. L. in ratione. 30. §. cum Lex Falcidia hoc tt.
 namque ea que inutiliter relinquuntur non computantur
 D. L. 3. §. ult. idem dicendum est de legatis quod
 praedictis personis in diem certam relinquuntur, na
 que licet quoad Legem Falcidiam propter commoda
 medij temporis non habeantur pro puris L. in L. Fal
 cidia. 45. hoc tt. tamen cum cedant statim mor
 tuo testatore L. 1. de condit. et demonst. L. 5. §. 1. L.
 si dies. 21. quando dies Legati ced. herede. L. eius ser
 uo inutiliter dantur et ideo cum de lege Falcidia
 queritur non veniunt in contributione quando si ser
 uo heres in diem certam Legatum detur in simul
 et Libertus sub conditione vel die incerta non ideo
 inutile erit Legatum nam licet contrarium vide
 retur ideo quia conditio Libertatis in Legato repe
 dita non censetur ut fit in Legatis puris quia tes
 tator Legato diem certam praestitit quia tamen
 dies Legati cedet ab adita hereditate. L. heres. 74.
 §. ult. cum L. sequenti quando dies Legat. cedat. po

Potes conditio Libertatis ante aditam hereditatem im-
pleri et Legatum manumisso deberi ut inquit L. 1.
in L. Julianus. 86. de condit. et demonstr. in quo
Verba illa presenti die dum certum significant
ut et in L. talis. 30. de Legat. 1. L. Titio 84. de le-
gat. 2. L. 1. §. si Legata: si cui plus quam per Legem,
Falcidiam. L. 11. de condit. et demonstr. et ideo si
Libertatis dies capit cedere tunc Legata seruo debent
et in contributione veniunt ut probat Meianus in
D. §. cum Lex Falcidia vers. alia causa ad quem
sui species apponenda est relecta emendatione Cusa-
ci Lib. 6. 14. obseruat. c. 10. namque ibi dicitur Lex
Alia causa est eorum qua in diem certam dantur
ideo apponit quia in Legatis in diem certam maior
dubitatio erat an deberentur quam in puris: ideo
quia in puris conditio Libertatis ex voluntate testa-
toris repetita censetur D. L. Julianus. L. cum seruus
18. de condit. inst. L. anna. 77. de condit. et demon-
strat. sed non ita in Legat. datis in diem certam pro-
ter diem expressum a testatore Verba autem illa ce-
dit cedere non debent intelligi de vera cessione quia
Dies Libertatis non cedit proprie antequam adeat
hereditas D. L. unica. §. Libertatibus. sed dicitur ce-
dere etiam ante aditam hereditatem quod
adueniente die incipit deberi Libertas ut dicitur
L. Julianus.

quid

Quid vere dicendum erit e converso sicut a seruo
 meo herede instituto mihi legatur utique si mihi non
 quaeratur hereditas forte quia servus antequam
 adiret vel manumissus fuit vel alienatus sine du-
 bio Legatum in Falcidia computabitur, si vero Iu-
 mes mihi acquirat hereditatem adhuc videbatur
 dicendum quod quantum non videatur Legatum ni-
 hilominus debet in Falcidia computari nam quem
 admodum in comp^o Patrimonij tempus mortis atten-
 ditur, nec interat quod postea minuat vel auge-
 atur. *l. in ratione. 11. §. 11. l. in ratione. 30. l. cum quo.*
36. l. in quantitate. 73. l. in duplicibus. 29. l. qui fun-
dius. 78. §. qui filio. l. si credita. 87. hoc tit. §. quan-
titas inst. eod. l. eo tempore. 50. §. si creditor depe-
culio. ita si mortis tempore Legatum utile fuerit quan-
vis postea non debeatur, nihilominus debet in Fal-
cidia computari deinde quia quantum huiusmodi le-
gationis remaneat penes heredem, non tamen rema-
net ex iudicio defuncti sed magis ex accidenti quia
servus iussu meo adijt hereditatem.
 Sed nihilominus aucto-
 ritate Metiani in nostra lege Iuris D. contrarium affir-
 mat. contendens id Legatum in Falcidia non compu-
 tari credibile namque est Metianum. Idem qui
 auctor est dicta legi in ratione 30. §. cum Lex Fal-
 cidia hoc tit. postquam affirmavit non venire in con-

271
que ipsi heredi a se met ipso vel seruo eius legata vel
fideicommissa sunt. Statim hunc casum subiiciunt qui
in nostra lege continetur. Cuius rei illa ratio est quia
quavis summi modi legata ex hereditate testatoris heres
non retineat, retinet tamen quasi heres seu iure
hereditario. hoc autem sufficit ut ei in Falcidiam
imputentur. quam rationem insinuat textus in l. id
autem. 76. §. ult. hoc tit. quod cum enervat sine in
illis legatis que ab initio inutiliter relinquuntur, siue
in illis que ex accidenti in eum casum perreuerunt
ut actio eorum denegaretur ideo nec ab initio inu-
tilia legata in legem Falcidiam computantur. l. in or-
tione. §. §. ult. l. ex asse. 52. vers. ult. hoc tit. nec illa
que postea debita non sunt. ^{ad} ^{com} ⁱⁿ ^{presenti}
l. non dubium. 50. cum l. sequenti. l. id autem. 76. §.
ult. l. Plautius 49. hoc tit. et probat textus in d. l. ex
asse in principio ^{ad} ^{emendatione} ^{Cujacij} 29. obseruat. c.
29. et hoc est quod dicit textus in l. in ratione. et in
primo hoc tit. alia causa est computationis patrimonij
defuncti in hoc enim ideo tempus mortis attenditur
quia et eo tempore dies legatorum ced. Unde eotem-
po re inspicitur ut supra de dante legauerit testator
nec interit quod damnum postea pati poterit heres
si facultates hereditarie minuantur quia ut inquit
Consultus in d. l. cum quo etiam amplius fieri potest
quod etiam cedit suoro heredi. que oia cessant

in

In Legatis que remanent penes heredem quare in
eis illud tantum inspicimus quod ea habet heres
iure hereditario

Cum ergo huiusmodi Lega-
tum ^{ad} iurum ^{bonum} non computetur in Falcidia
hoc est non diminuat cetera legata a testatore re-
licta oportet quod heredi in Falcidiam impute-
tur quod idem est ac dicere quod propter hoc lega-
tum ceteris legatarijs aut nihil aut minus debebat
heres ^{ad} bonum in l. quod si alterutro. 78. hoc t. et hoc
est quod dicitur in l. a filio. 25. de legatis. 1. et ideo
dicitur heredi imputari in Falcid. namque imputa-
ri est ita imputari heredi ut eorum deducat ex
reliquis legatis l. 1. §. item si legata. l. 4. l. 11. l. 19.
l. 21. et alibi sepe hoc t. Computari vero in Fal-
cidiam est reliqua legata diminueri l. 1. §. si cohe-
redis et §. id quod natura et §. si debitor. l. 22. §. si
debitori hoc t. Legatum ergo non computatur in Fal-
cidia ut cetera legata diminuat, et inquit noster
heres sed imputatur heredi, ut eorum deducat ex
reliquis legatis ^{ad} d. l. a filio.

Ad Lib. 10. quest. Ceruidij. Cebole.

Ad legem, sed si plures

10. §. inarroato d. Vulo.

Singularia multa ex constitut. Divi Sij circa Impuberes

arrogatos introducta de quorum aliqua in hoc §. enumerat
rat Ulpianus quae recte explicare non possumus nisi ab
origine sciamus quid hac constitutione Divus Pius in-
troduxerit.

Sciendum est quod olim im-
puberes Patresfamil. non potuisse accipi in adoptione
teste Ulpiano tit. 8. §. per pretorem nam cum in arro-
gatione ille qui arrogatur rogetur an patiatur se
filium esse illius qui eum adoptaturus est. l. 2.
de adoptionibus. Papius in institutionibus tit. 9. sic
proinde ipse arrogationis sua auctor fiat utique
huius rei pupillus auctor esse non poterat qui nullius
rei idoneus auctor est, sed nec adhibita tutoris au-
thoritate qui ut inquit Gaius l. 5. notum
§. p. c. 19. et tutoribus in pupillos tantam esse aucto-
ritatem potestatemque fas non est ut caput liberum
fidei suae commissum alieni dictioni subiciantur

Sed quamvis pupilli an-
tea non possent arrogari postea tamen ex constitut.
Divi Antonini effectum est ut possent ut affirmat
Ulpianus in d. §. per pretorem ex constitutione
dicit quemadmodum et in l. Papinianus. d. §. si
quis impubes de officioso tit. l. 2. §. 1. famul. excise.
l. ult. siquid in fraud. patron. abdidit ex rescripto
Ut in nostro §. et in l. 1. §. si impubere de collat. bon.
§. cum autem in l. de adopt. nam. et rescriptum

Constitutio est. L. 1. ibi per epistolam et subscriptio
 ne de constituto. Princeps. L. metum. 9. §. sed quod pre
 tor quod metus causa; deinde dicit divi Antonij
 hoc est divi Fij quo modo vocatur in nostro. §. et
 in d. §. 1. et in d. §. si impubere. et in d. L. ult. nam
 que teste Capitolino divi Fij precipuum nome
 fuit Antonius. a quo postea descendit ad alios
 Imperatores = Primus ergo Antoninus prius sta
 tuit ut impubes posset arrogari qua ratione dici
 et hanc arrogationem fieri ex indulgentia prin
 cipali in L. 2. in fin. C. de adoptionib. sed nihil
 de forma arrogationis mutavit. Antoninus na
 quemadmodum reliqua arrogationes fiebant per
 pupilli arrogatione teste Aulo Gellio et Julio in o
 ratione pro domo sua Gaius lib. 2. inst. tt. 3. §. si
 quis post factum, ita et hoc ut insinuat Ulpianus.
 in d. §. per Praetorem nisi quod que olim fiebat arbi
 trii seu auctoribus Pontificibus ex Julio et Aulo Gellio
 hodie translata in Principem ex lege Regia potestate
 fit auctore principe seu auctoritate principali L. cau
 sa cognita 40. hoc tt. quo pacto etiam fiebant reliqua
 arrogationes. L. 2. in princ. de adoptionib. §. impete
 ri arrogatio quemadmodum et cetera fiebat quidem
 per pupilli arrogatione sed tamen auctore Principe
 cuius auctoritas prebeantur omnia. et circa causam
 arrogationis sedula quedam inquisitio fiebat quorum

871
tandem sublata populi rogatione Statuerunt Im-
peratores in l. 2. in fine C. de adoptionib. quod quae
auctore Principe fieret arrogatio perinde valeret a-
pud praetorem, vel praesidem intimata ac si per po-
pulum iure antiquo facta esset.

Sed nec omnibus per-
missit pupillos arrogare, imo quibusdam prohibu-
it nempe tutoribus vel illi qui curam pupilli admi-
nistrabant ex ratione hae in l. nec permittitur
17. in prio de adoptionib. nisi forte Vitricus qui cum
tutor esset praeignum adoptavit quod postea rescripto
divi Papi concessit ut constat ex l. non nunquam 32.
in fin. de adoption. ideo quia verisimile est Vitricum
non tam animo praedandi quam ex nimio amore
et affectione sancta moveri ad praeignum quondam
que pupillum suum arrogandum sed nec simpli-
citer permisit fieri arrogationem sed eo habitu ut
tutoris auctoritas interveniat nam cum arrogatio
esset actus sollemnis. l. 4. de adoptionib. l. 3. de off.
proconsulis non nisi tutore auctore poterat explicari
quemadmodum nec reliqui actus sollemnes. l. curator
19. ff. de auct. tutor. l. cum in vna 17. §. 1. de apell.
l. ult. C. in litem dando tutorem et cum tutoris au-
thoritate amplius causa cognitio requirebatur. l. cau-
sa cognita. §. de Vulg. §. cum autem. in l. de adopt.
nec si sola auctoritas tutoris sufficeret, esset in po-
terat

Tutelate tutori dato impubere in arrogationem et fini
 ri tutelam et substitutionem a Parente factam extin
 gere ut inquit tex. in d. l. nec ex. g. eorum. ibi: nec exet
impotentatetutori &c. que ratio hunc casum exprimit
 nec recte ad casum precedentem adaptatur sed ibi vel
 hoc verba desunt, nec tutori auctoritas sufficit qui
 bus predicta ratio subijcitur. l. separationem a vers. pro
 cedenti. illa verba legenda sunt ergo in simul cum tu
 tore ab eis debent qui sanguinis necessitudine Pupillo
 iunguntur et arrogationem pupillo expedire apud pro
 torem vel praedem provinciae confirmare ut dicitur
 in l. 2. c. de adoptionibus. sed et praeses ipse vel praetor
 in super executor debet an talis arrogatio facultatibus
 pupilli et moribus et an bono publico expediat et an no
 ceat Liberi illius qui arrogare intendit. ut eleganter
 exprimit Ulpianus in d. g. eorum. Vers. et primum na
 Licet in alijs arrogationibus etiam causa cognitio ut
 attamen non est circa facultates arrogantis. vel etiam
 arrogati. sed in adoptionibus. g. de adoption. sed circa
 illud an bono publico expediat. l. si pater famil. l. 5. g. ult.
 eodem tit. at in arrogatione impuberis etiam circa facul
 tates et circa mores inquiritur quia cum impuberes iudi
 cio careant non possunt sibi prospicere, et deliberare an
 sibi expediat arrogatio. Sed et in super adijcit ut cu
 quibusdam conditionibus arrogatio fieret ut dicitur in l. 9.

Indicō. §. cum autem ut caveat arrogator datūsi
deusoribus si intra pubertatem pupillus deceverit se
restituturum ea quae ex bonis eius consequitur erit
illis ad quos res perventura esset si arrogatus non
fuisset. l. naturaliter. 18. de adoptione. quod ideo sta-
buit ne ut inquit tui in l. 2. c. eodem tit. pater
arrogator sub capulanda adoptionis obtentu in facul-
tates pupilli irrueret quas dando se in arrogationem
tacito quodam iure in eum transiit. l. si pater fa-
mil. 15. in prio. l. arrogato. 50. de adoptionibus. l. qui
liberis. 11. §. tit. de bonorū poss. secundum tabulas
l. si adoptaveris 6. de precario cautione illis qui si
adoptio facta non esset ad subiectionem pupilli ven-
turi erant siue ex tit. siue ab intestato d. §. cum
autem nam cum arrogatione pupillus capite minue-
retur. l. 3. in prio. de cap. minut. §. minima inst.
eadem tit. utique arrogatione agnatio perimebatur.
l. 4. §. in adoptionem de gradibus et a finibus. Et
per consequens ius legitimorum hereditatis. l. tutellas
7. de cap. minut. l. capitū. 11. de iur. et legit. 11.
§. capitū ad Trebell. et substitutio pupillaris. d. l. necesse
§. eorum §. non tamen inst. quibus modis tit. infer.
sed legitimis quidem heredibus prospicitur auctoritate
principali vinculo cautionis substituti vero a patre
naturali eod. modo sed tam ex verbi constitutione
quam ex mente ut eleganter licet obscure nimis
exponit

Exponit Papinianus in L. causa cognita §. de h. t.
 de Vulg. cuius verba sic explicanda sunt quasi ve-
 lit Papinianus quod quamvis ex constitutione divi
 Pij Legitimis tantum heredi vinculo cautionis pros-
 piceretur nihilominus ex mentesius dem constitutio-
 nis etiam substituti a patre naturali succurrendum
 erit, nam quemadmodum pupillaris substitutio a ro-
 gatione irrita fit, ita etiam perimitur ius legitimorum
 heredum unde si Legitimis auctoritate principali
 prospicitur vinculo cautionis quamvis arrogatione ex-
 tinctum fuerit eorum ius, ita et oportet succurri sub-
 stituti a Patre naturali quamvis substitutio pupilla-
 ris arrogatione irrita fuerit, nec interest quod de
 substituti in stipulatione sine cautione a Divo
 Pio inuenta mentio non fiat, quia ex eadem cons-
 titutione sine omnia sine non omnia fuerit stipula-
 tio semper Legitimis heredibus utile actione prospe-
 citur. Ibi verbi 19. in fine de adoptionib. §. cum
 Legitimis heredib. futuris non alie quam utiles acti-
 ones presentur quamvis stipulatio omnia fuerit
 sic similiter eedem prestabuntur substituto a Patre
 naturali quamvis de eo non loquatur stipulatio
 et hoc est quod in fine legis dicit Papin.

Ex quo et illud effectus
 est ut quemadmodum substituto pupillari succurri-
 tur ita etiam succurratur Libertatibus, Legatis, et

Et alijs relicti in secundis tabulis a patre naturali
factis sed et seruo eidem impuberi substituto non tam
ex verbis quam ex mente illorum verborum consi-
tutionis ad quos ea res pertinet quo modo intelligi
debet. Ita in d. l. his verbis. §. de adoptionib. nam
licet de seruo substituto magis quam de alijs substi-
tutis posset dubitari an ei succurrendum foret, ideo
quia seruo substituto ut accipiat libertatem et her-
editatem actio utilis queri non potest, cum adhuc
sit in servitute nihilominus ei multo magis succurri
debet quam alijs seruis quibus libertas relinquitur
ut inquit Itus in d. l. his verbis namque propter
spem libertatis et hereditatis quam seruus sibi
habet aditum ad Praetorem l. mulier. 22. §. non
est dubitatum ad Trebell per quem poterit cogere
arrogatorem ut sibi libertatem praestet et hereditatem
ergo quia melior est causa substituti quam legitimorum
heredum utique dum pendet eius causa non erit hoc
legitimis heredibus quod si omiserit hereditatem tunc
legitimi heredes admittuntur veluti mater impuberis
ex l. Cons. Trebell. l. 2. §. impubes ad Trebell. nisi
cessauerit in petendis tutoribus. quo casu adversus arro-
gatorem non habebit ex stipulatu actionem. d. l. 2.

§. Penultimo

De illo quaeritur in hoc casu filio arro-
gato qui decedit ante patrem arrogatorem quare
beatux.

181

Debeat eum que spem transmutat ad heredes
tuos et quidem si decedat dum est in patria potestate
sine dubio non transmittitur quia nec ei debetur. l.
ult. siquid in fraud. Patron. quod si sine causa a
patre emancipetur in hoc questio est in qua magis
placet transmittere argum. tunc in l. l. §. si impu
bere de collat. bon. licet contrarium. A costa probauit
in §. cum in bello. Verbo postea mortui, cuius
dego resolutiones vides magnificare quod si patri arro
gator impubes supervixerit adhuc tenentur heredes
des ei restituere non tantum bona que habebat
cum se dedit in arrogatione sed et iam quorum com
modum postea ei quæsiuit et propterea quartam
partem ex bonis que mortis tempore fuerunt illi
is qui adoptavit, idem erit si pater eum in vita
sine causa emancipaverit. l. si arrogator. 22. in prin
cipio de adopt. l. 2. c. eodem tit. §. cum autem inst.
eodem quod etiam constituit. dicitur Pij cavebatur
expressè ut probat l. ult. siquid in fraud.
Patron. et indicat d. l. si arrogator in illis verbis
ibi heredes quoque de quo etiam datus fideiussoribus
Caveat. Iustus Ius præcepit. d. l. 2. ut secure pu
pillus in omnem casum bona sua haberet, et insi
mit. ^{um} hoc est legitimam sibi debitam nec
liberum esset parenti propter arrogationem vel
bonis que in eum transtulit pupillum privare

Suis relinquendo vel etiam legitima eum sine
causa emancipando vel exheredando aut ex
minima parte heredem instituendo (nam et ex
minima p. instituto magis est ut quarta debeat
quia et iste exheredatus equiparatur L. 2. ff. de
cum eo) quibus casibus scilicet quando est exhere-
datus vel ex omni parte institutus, licet possit in
medio querelle de inofficioso etiam ultra rescriptum
partem sibi debitam vindicare, imo et aliquando
totam hereditatem quemadmodum et sibi natu-
rales exheredati, nihilominus quia cum sit impu-
ber poterat facile in eo iudicio non obtineri L. Pa-
pinianus. 8. §. si quis impubes de inofficioso test. aut
non ita facile consequi L. etiam. 19. ut Legatorum
nomine caveatur Satis esse pupillo vindicavit Im-
perator ut exheredatus sine lite quartam haberet
ex constitutione sua nec ad querellam inofficiosam ad-
mitteretur a. d. §. si quis impubes querens deteri
ex eius conditio aliquo casu esse posse quam alios
filiorum qui possunt per querellam inofficiosam ali-
q. totam hereditatem evincere nam quod suppo-
nit Ulpianus in d. Veri. si quis impubes, scilicet
impuberem posse aliquando admitti ad querellam,
non intelligas quasi iure possit sed quando temere
et defacto fuit amissus unde est, quod quia in
omnem eventum Statuit Divus Pius ut impubes

Quartam haberet siue emancipatus, siue exheredatus siue ex omni parte institutus ideo dicitur ad eum pervenire ex principali providentia.

Mud queritur qua actione hoc casu agere possit pupillus ad heredes adoptatori heredes ut sibi restituant bona sua in simul et quartam partem Cujas existit movit pupillum non posse agere ex stipulatione vel cautione a Patre arrogatore interposita ideo quia in hunc casum non poterat recte interponi, quia post mortem interponitur. Et post mortem in l. de inutilibus sed teneri heredes pupillo ipso iure conditione ex l. hoc est conditione ex constitut. d. i. i. Si non tantum ad bona ipsius pupilli, sed etiam ad quartam quod circa bona impuberis videtur contractum in l. 2. de adoptionibus quare magis est ut obligatio hac transeat in heredes tam arrogatori quam arrogati, tam quoad bona quam quoad quartam quasi obligatio ex contractu vel ex quasi contractu nam, qui arrogat pupillum aut satisfaciendo contrahit aut quasi contrahit arrogando ideo obligatio hac potuit ad heredes transire. l. ex contractibus. §. de obligat. quia non tam post mortem contingit quam cum moritur arrogator per legem inducitur eo casu quo ei pater ultimus auditio quartam non relinquit. c. d. l. 2. et. d. §.

581
Cum autem qua de causa et alienum vocatur in
D. §. si impubes. et personalis actio in L. §. si impuberi
de collat. bon. sed et in super ad quartam agere
poterit impubes vel eius heredes cum heredibus ac
rogatori iudicio famil. ercic. non quidem directo
quia in quarta heres non est. sed utili. L. 2. §. 1.
famil. ercic. quod licet ei denegandum videretur
quia nec etiam est bonarum possessor cui datur
utile iudicium quia est loco heredis, nihilominus
quia debet habere quartam bonorum sibi per Iudi-
cem ex certis bonis adjudicandam necessarium est
ut ei etiam utile iudicium famil. ercic. accommo-
detur quemadmodum bonorum possessori tribuitur
et alijs similibus successoribus.

Quod si pater arrogator
impuberem non quidem emancipaverit, sed in po-
testate retinuit non exheredavit vel ex minima
parte heredem instituit sed ex aere, vel ex legitima
sibi debita tunc pupillus quartam non habebit §. qui
autem in L. de adoptionib. sed habebit bona sua in-
simul et ea qua ei dedit pater arrogator namque
in omnem casum voluit Divus Pius ut secure pupi-
llus bona sua haberet et ideo constituitis Divi Pij cir-
ca bona pupilli diligenti promissio dicitur in L. 2. C. de
adoptionibus.

Huiusmodi finge quodcumque pater

arrogator

Arrogator impuberem ex aere vel ex maiori parte
 quam legitima sibi debita heredem instituit et
 insuper ei pupillariter substituit ut pot. l. 2. §. sed
 si extraneum hoc t. an ne ad substitutum impu-
 beri ab arrogatore datum si forte impubes in pupu-
 bertatem decedat omnia bona pupilli pertinebunt
 et quidem certum est ad substitutum non debere per-
 tinere ea bona quae haberet impubes si arrogatus
 non esset ut in iur. §. in arrogato in prio. Ulpianus
 affirmat, nam quae huiusmodi bona non tam ex
 liberalitate arrogatori quam ex necessitate cau-
 tionis quae etiam in hunc casum interponitur
 impuberi restituitur l. non aliter. §. de adoptione.
 Inde cum circa huiusmodi bona impuberi arroga-
 to nihil de suo relinquat arg. tex. in l. unum
 67. §. si de Falcidia. de legat. 2. non est cur ei per-
 mittatur in his bonis impuberi pupillariter substituere
 nec substituto relinquere ne forte hoc modo ir-
 ruat in facultates pupilli quibus volet bona relinq-
 uere in l. 2. C. de adoptionibus aut pupilli heredi-
 bus praedictet quibus etiam providet constitutio
 d. l. his verbis. l. causa cognita. §. de vulg.
 De illis vero bonis quae
 ipse ei dedit arrogator dubitari potest an omnia
 debeat habere substitutus namque eam quantitate
 bonorum quae quantitate correspondet etiam si ex maiori

quam ex debita parte impubes instituitur, videtur
quod non potest ad substitutum pertinere ideoque
impuberi arrogato in postremo Iudicio omnimodo
ex rescripto Divi Pij debuit quartam relinquere
L. 2. C. de adoptionib. nec sufficit ei ex minori par-
te instituat heredem secundum quod etiam si im-
puberem arrogator esse maiorem quam ex debita
heredem instituat, usque ad quantitatem quartae non
poterit ei substituere quia etiam hac pars bonorum
non tam ex beneficio propriæ libertatis quam ex nece-
ssitate constitutionis ad pupillum pervenisse cense-
tur quaratione ritebatur illorum distinctio quorum
in hoc & meminuit Ulpianus dum affirmabant quod
quartam quidem quam omnimodo ex rescripto Divi
Pij debuit impuberi arrogator relinquere substi-
tutus habere non potest, superfluum habeat. quod
Verba de impuberi ex aere, vel esse maiorem quam
ex debita parte heredem instituto intelligenda sunt
namque in pupillo ex heredato non est cur agatur
de superfluo quia quartam tantum non ultra quartam
ex rescripto Divi Pij debet habere = et ideo casu
huius & apponimus non impubere ex heredato sed
ex aere vel ex maiori quam debita parte heredem institu-
to = Deinde illa verba et ut quartam quidem
quam non omnimodo ex rescripto Divi Pij debuit ei
relinquere sic debent interpretari nam quasi vellent

Ulpianus

quod etiam pupillo ex maiori quam ex debita parte
 herede instituto ex rescripto Divi Pij quarta debet
 hoc enim est contra legem in § cum autem in fin. ubi
 de adopt. sed ita quasi dicat quod si arrogator impu-
 berem heredem instituat etiam ex rescripto tam
 quam partem bonorum debet ei relinquere quae quarta
 correspondeat quam haberet si fuisset ex hereditate
 vel sine causa emancipatus secundum quod affirma-
 bant quod usque ad quantitatem quarta substitutus
 habere non potest quia haec quantitas non tam ex
 propria liberalitate quam ex rescripto Divi Pij de-
 buit relinquere arrogator et in eo quod debet pu-
 pillo non poterit ei dare heredem, superfluum habeat
 hoc est quid amplius ultra hanc partem pupillo de-
 derit arrogator quia hoc ex liberalitate arrogato-
 ri pervenit ad pupillum, aut nihilominus contrari-
 um. Totus probabit, putatque vel hoc arrogatori
 permittendum scilicet ut quamvis alijs bonis pupilli
 non possit ei substituere arrogator saltem in his
 posset quae ipse ei dedit etiam usque ad eam quanti-
 tatem quam omnimodo ex rescripto Divi Pij debu-
 it relinquere cuius sententiam et probat Ulpianus
 et affirmat habere rationem forte illam quam in l.
 si arrogator 22. vers. sed an impuberi de adoptio-
 nib. Licet obscure insinuat Ulpianus nempe quod
 huius modi bona licet ex rescripto impuberi debeant

Attamen ex bonis arrogatoris proficiunt unde non
est cur debeat arrogatori denegari in eis saltem pupi-
llo substituere, eaque substituto relinquere, nec est
cur propter hoc queranti pupilli heredes ad quos ali-
as ab intestato vel ex substitutione facta a patre na-
turali reliqua bona pupilli pertinere debent, cum si arro-
gatio facta non esset non deberent ad ipsa bona
pertinere. deinde in hoc casu huiusmodi bona non
tam ex constitutione quam ex Iudicio defuncti ad
impuberem peruenisse censetur cum eum arrogator
ex maiori quam ex debita parte heredem instituerit
Et tandem quia licet hoc admittamus non tam pupi-
llus gravatur quam honoratur quia substitutio pupilla-
ris non tam honoris quam oneris pupillo est non tam
incommodi quam utilitatis scilicet ex tti. habere
successorem l. Iulianus. § 2. de acquir. hered. quale
in his bonis habere non potest nisi hoc arrogatori per-
mittamus qua ratione et potest pater naturalis filio
in legitima pupillariter substituere nec est cur ex
eo de inoff. queratur cum propter hoc nam tam in-
officiosa quam officiosa patris sit dispositio l. Papinianus
D. §. si quis impuberi de inoffic. tti. l. ex tribus. 26.
Eodem tti.

Ex quibus rationibus et illud simi-
liter acceptum est ut etiam impuberi ex hereditate
ad quartam qua ei debetur ex constitutione possit arro-

Oator

Pater substituer. L. si arrogator. 22. Verso. sed an im-
 pubere de adoption. cuius species ad neces. in impubere
 ex hereditate apponenda est quia si institutus fuisset
 non tam ageret ad bona sua et ad quartam contra
 arrogatori heredes quam haec omnia esse ex defun-
 cti dispositione consequeretur deinde quia quarta so-
 la impuberi tantum ex hereditate debetur vel sine
 causa emancipato unde cum questio procedere non
 possit in emancipato cui pupillariter substitui non
 potest. L. 2. hoc. tit. oportet quod procedat in ex heredi-
 tate cui similiter pater arrogator pupillariter substi-
 tuere potest quemadmodum et pater naturalis filio
 ex hereditate L. 2. in prio hoc. tit. §. non solum inst. de
 pupill. namque tam intelligere de impubere in tit.
 praeterito omnino ridiculum est, quia tunc cum sit
 nullum tit. L. si filius. 7. de lib. et posth. non quar-
 tam solum sed omnia bona arrogatori ab intestato
 arrogati consequeretur. Loquitur ergo text. de impu-
 bere ex hereditate de quo licet maior dubitatio esset
 ideo quia tunc quarta non ex iudicio defuncti
 sed quasi de alienum conceditur. L. Papinianus. 8.
 §. si quis impubes de officio. tit. L. 2. §. 1. famil.
 exerc. L. 1. §. si impuberi de collat. bonorum. L. ult. si
 quid in fraudem patroni nihilominus cum eam
 impubes ex bonis ex bonis arrogatori consequatur
 nec subiecta sit oneri cautionis ne impubes sine

281
Ad rede moriatur poterit ei in quarta etiam hoc
casu arrogator pupillariter substituere quod si dixe-
rit non nisi instituto filio posse arrogatorem pupilla-
riter substituere ex tex. in l. 2. §. sed si extraneus
hoc tit. adverte quod ideo in eo §. omni moda institut.
impuberis requirit Totus quia ex hereditate nullius
momenti esset namque in eo casu auus eum quem
postea adoptavit in locum nepoti et eo tempore ei pu-
pilariter substituit quo casu affirmat Totus quod
poterit ei substituere intellige sine metu quod quia
vix mortuo patre viuo auo in locum patris succedat.
nec auus tit. m. rumpet, nec pupillaris substitutio eva-
nescit de quo ante dixerat in vers. precedenti quod
si non institueret sed exheredasset scilicet dum
erat extraneus utique si postea adoptatus et in
super in locum patris agnascendo subiiceret sine
dubio quasi prateritus et principale tit. m. rumperet
et pupillarem substitutionem per consequens sibi factam
nam quamvis institutio extranei operetur ne rumpat
pat. tit. m. si postea in locum filij arrogetur. l. filio
23. §. 1. de lib. et posth. l. si quis heres l. 8. de instu-
rupto exhereditatio tamen extranei sufficiens non est
l. non putavit. 8. §. si quis emancipatum. ff. sed
in extraneo de bon. poss. contra Fabull. de quo dixer-
imus in d. l. si quis heres.

Adverte tamen quod quamvis

ad q. 3

Ad quartam possit arrogator pupillariter substituere
 non tamen poterit ita fideicommittere ut quandoq[ue]
 restituat ^{ad} tam ind. l. si arrogator. Vers. ceteru[m]
 namque substitutio pupillaris ut diximus ipsius fi-
 lij ttt^m. est. l. 2. hoc tt^o. et honor, quia ex ea habet
 testamentarium successore[m] l. si filio. §. 3. §. ult. dele-
 gat. l. at v^o. fideicommissaria potius grabamen et honor
 l. coheredi. §. 1. §. cum filie. Vers. quod si heredem
 hoc tt^o. l. sequens. §. 8. deleg. 2. Unde admittendum
 non est ut in quarta quam pupillo debet. possit eum
 honorare fideicommissum quemadmodum nepotes honorare
 fideicommissum in eo quod tibi debet. argum. t^o in
 l. verbu[m]. §. ad l. Falcid. quod est quod ind. §. ca-
 terum Ulpianus significat in illis verbis. ibi: quia
hoc in iudicio eius ad eum pervenit sed principali
providentia.

Unde hic erit casus in quo non
 poterit quis substituere per fideicommissum in bonis
 a se profectis quod est contra regulam t^o in §. ult. ind.
 de pupillar. deinde erit casus in quo substitutus pupi-
 llaris non habebit omnia bona pupilli contra regulam
 t^o in nra leg. 1^a. §. ad substitutos. et in quem
 in paganus idem testato decedit contra regulam t^o
 in ius n^o §. 7. de reg. vel cum duobus ttt^o. contra
 regulam legu[m] quarebatur. §. de milit. ttt^o. quod eum
 n^o et si ponamus quod arrogator impuberi in §.

281
Sed in superfluo substituit pupillaribus non vero patres
naturalis namque tunc quo ad quartam testato de
cedet in testato vero quo ad reliqua bona quod si pa
ter naturalis etiam ei substituit utique decedat
cum duobus. *tt. is* nempe cum substitutione facta
a Patre arrogatore quo ad quartam et cum substi
tutione quo ad reliqua bona, quam ei fecit paterna
turalis. non licet hac substitutio arrogatione
impuberis extincta fuerit. *l. nec ei. 17. §. 1. de adop
tionib.* attamen pupillo postea morte arrogatoris seu
iuris effecto conualescit de iure pretorio et ideo ea
ea possit substituti accipere secundum tabull. bonor
possessione. §. non tamen *inst.* quibus modis *tt. is*
infirmantis. in quibus omnibus impubes militi
comparatur qui potest decedere testatus et intesta
tus vel etiam cum duobus *tt. is* *l. miles. 6. d. l.*
querebatur de milit. *tt. is* quod indicat Ulpianus in
nra lege si coniugas. §. ad substitutos. cum nro §.
in arrogato. que omnia facile admittunt interpre
tes ideo quia pupillus iste cum habeat duos patres
quorum uterque affert tantum bona ex rescripto
habet potestatem utique representat personam
duorum et quemadmodum milles quatuor homi
num duas habet hereditates arg. *tes* in *l. si cer
tarum 17. §. 1. de tt. milit.* unde non mirum
quod haec oia eveniant quia non repugnant nisi

Respectu vniuersi.

187

Aduerte tamen quod hoc quod
proxime diximus primus Raphael Cumanus non
admisit nec verum esse affirmat quod etiam hoc
causa impubes testatus et intestatus decedit vel cum
duobus tit^{is} namque contendit quod substitutus
ab arrogatore datus capit ipso iure omnia bona pupi
lli & d. §. ad substitutos, sed non retinet imo reli
qua bona restituit venientibus ab intestato, aut
substituto a patre naturali ex cautione quam praesti
tuit arrogator & d. l. non aliter. l. 8. cum sequenti
de adoptionib. & causa cognita per boett. quomo
do etiam intelligit tit. m. in d. §. ad substitutos
Versi. nisi ne dicamus quod quemadmodum mi
lles potest decedere pro parte testatus ita etiam po
test facere heredem suum quam Cumanus sententia
subtiliores probarunt et ego libentius admitterem
si affirmarem legitimos heredes vel substitutos
datos a Patre naturali non tamen ex cautione
agere posse sed conditione ex rescripto quia post
quam mortuo arrogatore eius heredes bona pupillo
restituerunt ex cautione, non est cur amplius dicit
Cautio ac ea iterum repetenda.

Hactenus de illis bonis qua
cum decedit arrogator expectant ad pupillum de illis
queritur quae ipse post mortem arrogatoris acqui

787
sunt an saltem haec omnia pertineant ad substiti-
tutum datum ab arrogatore ex reg. ^{ad C. in nra Leg. l.}
10. §. ad substitutos et magis est ut omnia non per-
tineant sed illa tantum quae arrogatus post mortem
arrogatoris beneficio ipsius adquisivit qualia sunt
quae arrogatoris amicus vel cognatus impuberi re-
liquit quod est quod dicit Ulpianus nostro §. veri.
ego etiam et merito quia etiam huiusmodi bona
cententur profecta ex bonis arrogatoris ut hinc no-
tat Accurs. et illa non haberet si arrogatus non esset.

Ad Librum II. Quaest. Ceruidij Scaebola

Ad legem si aliena. 10.

§ Scaebola de usucap.

Iuncta I. partum. 26.

de Verborum signif.

Solet Scaebola totus praecipuas controversias
in quibus ipse ab alijs prudentibus dixerit in libris
questionum referre. ut constat ex L. Pomponius q. de
negot. gest. quo etiam ei euenit in ea quam habu-
it cum Ulpio Marcello praecipui nominis loto
circa usucapionem partus furtiui ad quem licet
notae scripserit ut constat ex L. cum quo §. 6. ad
Leg. Falciid. nihilominus in hac quaestione non
solum nota contentus est quia res requirebat altioris

dispos

Dispositionum proponit ergo in hoc §. Ulpianus de
 ad edictum scribit Lib. 16. controversiam hanc qua
 inter Ulpium Marcellum et Quintum Servidium Sca
 bolam agitata est circa uincapionem partus qui
 ex re furtiva vel apud furem vel apud furis haere
 dem conceptus vel edictum est affirmatque Scabola
 scribere Lib. 11. questionum Marcellum in ea fuisse
 sententia ut existeret et quod si bos siquo nomi
 ne etiam femininum significatus (quidam 62.
 l. seruis. 81. ff. de leg. 3.) apud furem concepit
 vel apud furis heredem, pariatque apud furis ha
 redem impediri uincapionem illius etiam in persona
 emptoris cui postea haeres fuit iubendum distri
 xit, quod et idem in parte ancillae furtivae ex
 istimabat Marcellus, Scabola autem contra
 partum uincapi posse admittebat, ideo quia non esse
 partem rei furtivae affirmabat, cuius sententia
 etiam inferitur in l. partum. 26. de Verb. sig
 nificat. quae lex quia est eorumdem Ulpiano eod.
 lib. 26. ad edictum sine dubio ex hoc §. ad H. m.
 de Verb. signific. translata est et ideo cum hoc §.
 eius non explanationem coniungimus in hac contro
 versia de uincapione partus furtivae non tantum
 inter Scabolam et Marcellum attentio fuisse vide
 tur sed et inter alios iuris prudentes ex quorum
 responsis si quaestio decidenda est non inepte Iuris

Peritum respondere reperies in illis versibus quos
facite nimis in d. l. partum retulit. Altiatus
Et ergo controversa abec
Scabola cum Marcello quidque de hunc verum est
melius percipiatur. Avernamdam est l. 12. tab. sic
cautum ut que constitutum fuisse scilicet ne res furti
ua usurari possit. l. non solum. 33. in prio de usurap.
Et furtiva sunt eodem vel ideo introductum est
ne furtum et delictum alienum potius quam Dni ne
gligentia rem alienaret. seu alienandi causam daret
vel ideo ut furti via precluderetur quod idem postea
Lex Atinia sine Titia statuit dum teste Aulo
Gelio Lib. 17. nocturnum. c. 7. ita precipiebat eiusque
usurpationem erit. eterna auctoritate esto, id est eterna
Usurpatione qua nullo tempore ex Legis auctoritate com
pleretur sed et amplius statuit Lex Atinia, nempe
ut res furtiva non usurariatur nisi in potestatem eius
cui surrepta est revertatur. l. 4. §. quod autem
de usurap. l. potestatis. 119. de verb. significat. quod
quia addidit d. l. 12. tab. ideo non furtiva posteam
subrogatur ergo ex his legibus res furtiva usurari in
betur nisi in potestatem domini revertatur. l. si fur.
32. l. si homo. 33. l. si rem. 41. l. qui fundu
7. §. si tutor pro emptore. l. cum es. 20. §. 1. l. tutor
33. l. si servus. 61. §. locum. l. hi. 70. l. quamvis
34. l. si ad Dominum 36. de furtis. l. si liberam. 10.

C. quod

C. quod cum ea. l. 1. C. usucap. pro emptore. l. 2. C. usu-
 cap. proditoriato. quod quidem non tam circa fures ipsos
 vel eorum heredes legis statuerunt nam extra legum
 disputationem fures ipsi ideo usucapere non poterant
 quia semper mala fide possident. §. quod autem inst. de
 usucap. eorum vero heredes etiam signantur ideo quia
 Titio quum defuncti successores sunt. l. cum heredes. ff. de
 divisionis et temporalib. l. ult. C. communi de usucapion.
 §. decima inst. de usucap. sed circa alium posteriorem
 cui bona fide accipienti sua rem furto ablatam tradidit
 non huius etiam licet bona fide possideat usucapio im-
 peditur. l. sciens 7. C. de usucapione pro emptore. l. vitia
 ff. C. ad q. post. d. §. quod autem quia ubi lex inibit
 usucapionem possidenti bona fides nihil prodest. l. ubi
 lex. 2. §. de usucapionibus.

Suxta quod si am cilla pregnans
 subrepta fuerit quemadmodum nec ipsa usucapi potest
 ita nec etiam partus quamvis postea ancilla apud bo-
 na fidei emptorem peperit. l. qui va. 4. §. 5. C. de
 illa de furtis quod ideo receptum est quia qui ancilla
 pregnantem subrexit quemadmodum matrem ita
 et partus furtum facere intelligitur quia et partum
 contra se committitur. l. ancilla. C. de furtis nam
 partus ancilla fortius si mater pregnans surrepta
 fuerit iam tunc ut furtibus efficitur in rerum na-
 tura esse intelligitur et ideo quamvis postea ancilla

Apud bona fidei emptorem peperit, id quod natum erit
tanquam furtivum non capiatur ut dicitur in l.
qui in utero 26. Verum propterea de statu hominis quod
non ideo probatur quia partus etiam dum est in utero
nam in bonis fuisse censetur eius qui matri dominus fue-
rat ut est qui excipitur argum. l. 1. in l. final. Et
solum quia in fraudem creditor. l. 1. in l. 4. §. et si po-
suerit de usu capion. Obstat nam quod dicitur in l. in Fal-
cidia §. ad l. Falcid. sed vel odio furii receptum est
Et qui in utero est hoc casu in rerum natura esse inte-
ligitur, ideo quia qui ancillam pregnantem furatur
tam tunc et partum subripere intendit argum. l. 1.
in l. qui ratum 77. de furtis licet alias partus in rerum
natura esse intelligatur nisi cum de commodo ipsius agitur
non vero de commodo. Tertij l. qui in utero. 7. de statu
hominum. que ratio supra tradita licet sola non suffi-
ceret ut partus pro nato haberetur propter multa quod
obstant quibus partus dum in utero est nondum homo
reputatur nisi quando de ipsius commodo agitur attamen
sic suadente predicta ratione constitutum est ad hoc ut
furtivus fieret in rerum natura esse intelligeretur et
ad hunc casum fictione illa extensa hoc autem exten-
sio ut in initio Legis Juliane affirmat Iure civili hoc
est lege aliqua vel auctoritate prudentum facta est
forte non tam ex modo partus quam odio furii, qui ut
diximus tam tunc habet animam partum subripienti

^a
 quod quamvis ille qui in utero est ut alij possit
 non intelligatur fuisse in rebus humanis & dictam
 legem qui in utero attamen ut alij noceat aliquam
 de in rerum natura esse intelligitur ut in casu dicta
 legi qui in utero. 26. Vers. propterea

Unde evenit quod
 quia talis fictio non fatibus aliorum animalium que
 madri eduntur in partu amilla recepta non est, ideo
 si fur pregnantem surripiat que postea apud bona fi
 dei emptorem fetus ediderunt non ideo fetus quemad
 modum mater fortius efficiuntur quia dum in utero
 sunt nihil esse intelliguntur et ideo non obstante vi
 tio matrem quasi fructus ad bona fidei emptorem per
 tinebunt & in l. bona fidei. § 8. ad finem. Vers.
 et obviu de acquir. rer. dominio qui sic intelligi de
 bet nec oportet eius Vers. verba invertere ut fecerunt
 Cuiac. et Anton. Faber. nec alioq. interpretatione
 admittere sed et hoc ipsum significare videtur tunc
 in l. §. 3. Lana. Vers. idem in agnis hoc tt. qui tunc
 Ut constat ex Vers. precedenti etiam eum casum pro
 ponit quo oves pregnantis subrepta sunt quorum
 fetus nihilominus dicit acquiri bona fidei possessori
 si apud eum oves fuerint fetus ediderunt, nam quod
 amplius addet. Consultus und. Vers. idem in agnis ubi
 si consumpti sunt eo respicit ut si bona fidei possessor
 postea rem restituat, huiusmodi fructus restituere

non teneatur si corrupti sint namque stantes etiam
si suos fecerit re restituta restituere tenetur et tamen in
L. ceterum. r. C. reivindicata. l. 4. §. post. litem. finis
regundorum. l. quacitum. §. in fin. de acquir. rer. domin.
§. siquis an domino in l. de rerum divizione. etiam
in alijs fructibus admittendum est veluti in lana ovium
furtivarum. si modo apud bona fidei emptorem detonsa sit
in lacte ut probat l. in d. §. lana. de acquir. rer. in
d. l. bona fidei. §. ult.

Quodsi vacuo ventre mulier fuit
aut etiam bos quo tempore subrepta est et postea apud
furem concepit insimulque apud eum partus edidet
tunc etiam partus vacui capi nequeunt. antequam a domi
no possideantur namque etiam hoc casu furtivi effici
untur et tamen in l. qui vas. §. 8. §. ancilla de fur
tis. matrūque fur etiam horum nomine furti actione
teneatur l. ancilla. r. C. de furtis. quia et tunc fur dum
partum non restituit rem alienam in dolo domino con
tractat argum. l. in l. ancilla. §. 8. C. de furtis. quia
et tunc fur dum partum non restituit esse semperonem
est in actu furandi l. in faciando. §. 7. §. infans de fur
tis l. in refurtiva. §. ad finem. l. ult. C. de conditione
furtiva l. penult. de vi et vi armata. quod si apud
furem concepit non tamen peperit apud eum, sed apud
furi heredem tunc etiam heres usurpare non poterit et
si ignoret ancillam furtivam esse ideo quia heres vi
torum

Vitiorum defuncti successor est. l. cum heres. 11. de
 divers. et temporal. l. 2. in fine. Quod furtibus et litium
 expensis nam cum in omnibus defuncti succedat
 heres in omne. 37. de acquir. heredit. Utique etiam
 in vitia succedit et ideo ignorantia sua defuncti vi-
 tia non excludit. Ut inquit Papinianus in d. l. cum
 heres qua ratio quia etiam militat eo casu quo an-
 cilla concepit et peperit apud heredem ignorantem
 eam futuram esse, ideo nec etiam hoc casu partum
 occuparet. Ut affirmat consultus in l. 5. §. heres
 de heret. nec eius nomine publicanum habebit. l. si ego
 11. §. partus veni. sed heres de publicana, et ideo quod
 eadem ratio est. siue bos vel ancilla apud furem con-
 cepit, ideo uterque casus coniungitur in no. §. Scabo-
 la. Ut patet ex illis verbis, ibi si bos apud furem con-
cepit vel apud furis heredem, pariat que apud fu-
ris heredem, quia utroque casu ab herede partus
 occupari nequit, nec in hoc quæstio erat.

Quod si heres iuben-
 cum siue apud se siue apud furem conceptum ad-
 tum tamen apud se distrahatur transferatur que in
 emptorem bona fide accipientem, quaeritur, an di-
 tractum ab herede iuben cum emptor occupare po-
 nit. Nam cum heres quamvis bona fidei possessor
 illius dominus effectus non erit quia ut diximus
 Vitiorum defuncti successor est ideo non potest

191
Dominium transferre sed tantum usu capiendi con-
ditione; hoc ergo casu controuersia fuit inter Sc-
bolam et Marcellum. Idem in qua Ulp. affir-
mat in no. 3. Scbolam scribere Marcellum
existimare subueniunt ab emptore usucapi non posse
quemadmodum inquit nec ancilla partus, quia autem
ratione id probaret Marcellus Ulpianum non expri-
mit et quidem quo ad partum ancille apud furem,
conceptum non illa ratione nitetur, quasi existima-
ret quod similiter partus furtibus efficitur quemad-
modum et partus ancille pregnantis surrepta pro-
pter fictionem dictae Legi qui in utero, namque cum
ancilla pregnantis surripitur iam tunc fur habet
animum partum surripienti quae ratio cessat quan-
do postea ancilla apud furem concepit, unde et
fictio cessat et per consequens furtum quia partus
dum in utero est cessante fictione promissio reputa-
tur, illud ergo communiter existimatur si-
licet Marcellum hoc ideo probasse quia existima-
bat partum esse partem rei furtiuae, namque
hanc rationem contra Marcellum falsam esse
ostendere nititur Scbola, de quo ego dubito, ideo
quia credibile non est quod si Marcellus probaret
partum esse rei furtiuae partem partus usuca-
pionem non admitteret, eo casu quo nascitur apud
bone fidei emptorem, quo tamen casu existimari

Marcellus

Marcellum partem ab emptore usucapi posse ex eo colligi posse quia in vers. ult. nri. §. hoc contra Marcellum Scabola expendit quod non recte faceret si similiter hoc casu Marcellus partus usucapio non admitteret, forsitan ergo Marcellus ad hoc affirmandum illa ratione nitebatur quae eum timabat idem esse ut partus furtibus efficiatur editum esse apud furem, atque apud furis heredem namque cum haeres vitiorum defuncti successor sit eiusque persona omnimodo representet, utique quem admodum partus apud finem editus furtibus efficitur de dictam l. qui vas. §. ancilla defurti l. ancilla. 12. C. eodem tit. ita etiam editus apud furis heredem, siue apud furem conceptus sit, siue apud furis heredem, unde nec etiam ab emptore usucapi poterit ex l. 12. tabull. et ex l.

Atinia quae etiam quo ad tertios possessores rerum furtivarum inhibent usucapionem, imo amplius puto et illud consequenter existimare Marcellum quod in fine contra eum Scabola expendit, nempe quod si hoc aut ancilla non pariat apud furis heredem, sed apud bona fidei emptorem, etiam si conceperit apud furem nihilominus partus usucapi potest ideo quia bona fidei emptor cum non sit successor universalis non similiter atque haeres furis vitiorum defuncti successor est l. an vitium

5. de divors. et temporal. L. apud Celsum §. de
authori. de doli. exceptione. L. 1. C. prescriptione lon-
gi temporis. Sed contra scribit Ulpianus Scabola
putare usucapere posse et partum, hoc est non tantum
liberum, sed et partum ancilla de quo maior du-
bitatio erat propter fictionem dicta Legi qui in utero
26. vers. præterea de statu homin. hoc ideo Scabola
affirmabat quia ut diximus fictio quæ eo casu re-
cepta est. quo ancilla prægnans surripitur hoc ca-
su admira non est nec idem est partum editum esse
apud furem atque apud furis heredem, namque quod
partum editus est apud furem ipsum vere furtivus
efficitur quia fur qui malam fidem habet postquam
partus nascitur apud eum, vere furtum ipsius facit
quia rem alienam in victo domino contrectat, sed
non ita heres furis qui bonam fidem habet, nam li-
cet ipse usucapere non possit propter vitium sui autho-
ris non tamen partum apud se editi furtum commi-
sit quia bona fidei possessor est argum. l. 1. in §. fur-
tius vers. item, item si in inst. de usucapionib. (sui
species apponenda est ad verum §. quando heres ha-
bit bonam fidem nam si non habeat partum usu-
capi nequit quia similiter furtivus efficitur atque
apud furem editus. argum. l. 1. in §. non solum,
§. 3. in fine. principij hoc tt. §. quod autem inst. eod. tt.)

Unde

Unde cum partus editus apud furis heredem fur-
tibus non efficiatur quamvis ab ipso heredem usu
capi non possit poterit tamen ab alio possessore si
forte a furis heredem diribatur quia dum est
apud heredem non tam contrahit vitium reale
furti quam personale heredis, cui nocet mala fides
authoris, licet ipse habeat bonam fidem.

Cum ergo ex hac
ratione Marcelli sententia procedere non possit po-
terat quidem procedere si diceremus partum esse rei
furtive partem que olim fuit sententia Sto-
icorum teste Plutarcho lib. 5. de placitis Philosopho-
rum ubi ita dicit. Stoici fetum partem matris esse
putant non animal, ut que fructus qui stirpium
partes sunt ubi mature se defluunt ita rem quoque
se habere defectu. quod si admitteremus utique tum
partus usucapi non posset, quia cum in visceribus ma-
tris furti vitium contraxerit, quod est vitium reale
utique quamvis postea edatur et a matre separetur
semper furtivus est, nec usucapi potest, unde si hoc
ipsum sentiret Marcellus hac ratione posset sententiam
suam salvare sed ut inquit Scabola partus non
est pars rei furtive nec hoc sentit Marcellus nec
sentire potuit quia si esset pars nec si apud bonae
fidei emptorem reperiret usucapi poterat quo tamen
Cassus Marcellus ipse imo ceteri iuri prudentes admi-

Admittebant partum rucapi posse ergo illa verba
D. S. Scabola ibi. nec enim esse partum rei furtive p.
non tam ex sententia Marcelli retulit Scabola nre
quam ex propria ratiocinatione ut vid. l. partum. 26.
de Verb. significat. aperte significator et ut omni modo
confutaret sententiam Marcelli ostenderet que necet
hac ratione procedere posse

Atqui Ulpianus in l. qui
D. 49. §. ancilla defurti omnino confutare videtur
idque ut certius Scabola supposuit namque scribit
quod si ancilla apud furem concepit partibus fur
tibus est siue apud furem edatur siue apud bono
fidei possessorem cuius tamen contrarium in Vers. cete
rum tanquam certum Scabola proposuit = sunt qui
affirmant Ulpianum in rno. §. retulisse quidem
Scabola et Marcelli sententiam sed quid ipse sen
tiret non expressit: at postea lib. 42. ad Sabinum
vid. §. ancilla a probare Marcelli sententiam et
Scabola rejecit quod et alij ex interpretibus faci
unt, vno quidam ex Neothericis ex dementia pro
cessit ut Ulpiani audentiam tantum marcellum
sequatur, sed et Scabola sententiam quam non
intellecit non pudeat. ut erroneam notare, cuius
Aultas rationes ut inquit Aruol. Stultum erit
nimis anxie speculari, sunt enim ut inquit Je
lius forensia pecora togati que vultures, verum ergo
est

194

¶ Scabola sententiam Ulpianum probasse und. Scabola nec ab ea rejicere und. §. ancilla ibi enim si ad uertar duplex casus ab Ulpiano proponitur alius quo ancilla pregnantis surripitur alius quo apud furem concepit utroque casu affirmat partum furtivum esse siue inquit apud furem edatur siue apud bona fidei possessorem, sed haec uerba non ad unum et eundem casum referenda sunt ut male referunt interpretes sed alia alium casum respiciunt, alia uero alium, nam illa uerba siue apud furem edatur respiciunt utrumque casum quem Ulpianus proponit scilicet quo ancilla pregnantis surripitur uel apud furem concepit quibus casibus semper partus furtivus est x. leg. Ancilla. l. 2. C. de furtis. illa uero uerba siue apud bona fidei possessorem non debent referri ad eum casum quo ancilla pregnantis apud furem concepit quia eo casu partus furtivus non est ut in no. §. affirmatur sed ad eum tantum casum quo ancilla pregnantis surripitur quo casu quia iam finitè esse in rerum natura iam tunc furtivus efficitur. Unde etiam talis est etiam si edatur apud bona fidei possessorem ut und. l. qui in utero §. 6. Vers. praeterea de Statu hom. Iulianus affirmat unde est quod quia ultimo loco illa uerba expressit Ulpianus siue apud bona fidei possessorem, licet prius eum casum proposuerit quo ancilla pregnantis surripitur

nihilominus posteriorom casum docet in Vers. sed in hoc
posteriori in quo affirmat casare furti actione ideo
quia licet fictio illa qua partus ancille pregnantis
surrepta fingitur esse in rerum natura sufficiat ut
furtibus efficiatur non tamen sufficit ut furti actio
detur cum nascatur apud bona fidei possessorem qui
ipse non contrectat nec mirum est quod partus furtibus
sit et furti actio cenet nam saepe fit in iure ut quae
vis res furtiva non sit, nihilominus furti actio detur
ut in l. cum es. 20. §. 1. l. si servus. 61. §. locavi
in prio de furtis et e converso res furtiva efficiatur licet
furti actio cenet ut in d. §. locavi. Vers. sed etsi tu
alij qui sic intelligi debet.

Ergo Ulpianus in d. §. an
cillas a Scabola sententia non recessit, videamus an
recesserit in l. siego. 11. §. partus de public. in rem act.
ubi ad concedendam actionem publicianam semper
illud requiritur ut partus apud bona fidei emptorem
conceptus et editus sit, videamus an recesserint Pau-
lus et Julianus alter in l. §. de illo de usucap. al-
ter in l. non solum. 33. in prio eod. tit. qui et idem
requirere videntur ut usucapio procedat, sed adverte
iura respicere ad alium casum longe diversum ab eo
qui proponitur in nro §. Scabola namque in nro
§. tractatur de usucap. partus non ab eo apud quem
conceptus et editus est, sed potius ab emptore qui non

matre

195

Matrem sed solum partum bona fide emittit, unde cy
sabeat partum ex t^o emptionis in simul et bo
nam fidem nihil est quod amplius queratur et
procedat usucapio nisi illud tantum an furtivus
non sit at in dictis viribus tractatur an usucapere
possit partum non quia partum solum emit sed an
cellam bona fide quo apud eum concepit et peperit
ei concedenda circa quod inquirendum est. In
eo casu partus furtivus sit quod tractat Ulpianus
in l. qui vas §. ancilla vers. sed si concepit
de furtis et affirmat non esse furtivum verum et
usucapi posse q. et probat. l. 3. C. usucap. pro emp
tore imo et hoc casu etsi non editus sed conceptus.
tantum fuit partus apud bonae fidei possessorem licet
postea ancille possessione amissa apud alium ada
tr petipotat p actionem publicianam, licet ab eo qui
emit hoc est a priore ancilla emptore possessus non
est, ideo quia quatenus ad publicianam necessaria
sit possessio saltem per momentum l. cum sponsus
12. §. ut igitur eodem t^o. tamen hoc fallit in acce
sionibus reiempta et in eis que in consequentiam de
bentur pro quibus publiciana datur etiam si eorum
possessio nunquam fuerit penes emptorem. argum. t^o
in d. l. cum sponsus §. 4. quomodo ad t^o in d. l. si
ego §. 1. vers. partus in prio de publican. ex Baldo
species apponenda est quam si probaberis obserba illud

in eodem mirabile esse quod quamvis pro principali re
empta. actio publiciana non competat scilicet pro an-
cilla quia fortuna erat d. l. sine autem. §. hac aio sed
tantum pro accessione hoc est pro partu quia usucapi po-
teb, nihilominus et partus adhuc accessionis vicem ob-
tinet et peti potest per publicianam etiam si ab eo qui
emittit possessus non est

Deinde queri potest de t^o
quo partus apud bona fidei possessorem conceptus et
editus ab ipso usucapi potest nam cum ipse emptus non
sit cum matre eo quod mater vacuo utero erat quo
tempore emptus est et postea concepit utique non
ex t^o emptionis videbatur usucapi posse quod faten-
tur interpretes et contendunt t^o pro suo debere pra-
est. contend. cedere usucapione ex l. 2. et 4. pro
suo nec aliud evincit Iulianus in l. qui ob pact.
§. l. servus. l. §. pro emptore. nec enim ibi negat
partus usucapione a Domino haberi posse pro suo
sed aliud respicit eius dubitatio nam quando ser-
vus ancillam quam surriperat domino pro capite
suo dedit qua postea apud ipsum concepit, ideo vi-
debatur partus usucapione procedere non posse quia
cum inter dominum et servum contractus celebrari
non possit nec servus in dominum transferre domi-
nium utique videbatur non posse partum ex illo
t^o usucapi sed nihilominus aliud Iulianus affir-

mat

196

Affirmat in d. l. qui ob pactione scilicet quod potest do
minum partum quasi emptor vsucapere quod non debet
intelligi quasi emptor partus sed quasi emptor ancilla
ut mox explicuit in d. l. seruus in illis verbis: ibi
namque res non abest pro hac muliere et ideo quasi
emptor ancilla partum vsucapit t^o pro suo. d. d. l. 2
et 4 pro suo deinde nec aliud probat l. non solum 33.
in p^o de vsucap. nam ibi loquitur Iulianus non de
emptore matris sed partus. affirmat que non solum eum
qui partum bona fide emit, sed et omnes qui possident
ex ea causa quam vsucapio requirit sicut veluti ex do
nato vel simili alio t^o d. t^o in l. si ego 11. § in
terdum de public. partum ancilla furtiua vsu suum
faciunt de quo poterat illi esse dubitatio quia ut ob
seruat Cusac. editum de publiciana de emptoribus
tantum loquebatur, licet postea ad omnes iustos posse
sore correctum sit l. 3. de publiciana et ideo dicit Con
sultus quod ex qua causa quis ancillam caperet ni
si l. 12. tab. vel Attinia obstarat ex ea causa nece
sse esse partum vsucapi scilicet emptum ab eo qui quo
tempore partus conceptus et editus sit apud venditoris
furtiuam esse matrem eius ignorabat nam si sciebat
furtiuam esse utique partus furtiuus efficitur et ideo
nec ab aliquo vsucapi potest ut mox dicemus.

Aduerte tamen quod
quauis eo casu quo seruus domino ancillam quam

Surripuerat pro capite suo dedit et ea concepit apud
ipsum ex defectu t^o partus usucapio non impediatur
a. d. l. qui ob pactionem cum l. sequenti impeditur
tamen ex defectu Iusta possessionis ideo quia possessio
quam seruus vitiose nactus est domino nocet ut ea
s. Sabini et Cassij probat Paulus Totus in l. 4. §.
de illo hoc t^o cuius verba sic explicanda sunt quasi
Vellit quodcum seruus nihil possit proprio nomine
possidere sed statim possessionem domino etiam igno
ranti adquirat l. si me in vacuum. 3. §. §. ult. de acqui
rend. posses. §. item bonis inst. per quas person. nob.
acquir. hoc tamen fallit in ea poss^e quam seruus igno
rante domino insulte adquisiuit l. quod seruus. 2. §.
de acquir. posses. Unde quamuis seruus ancillam
quam surripuit pro libertate sua mihi dederit non
tam eius ancillae in me potuit transferre possessionem
quam nec domino quaerit nec ipse potuit proprio
nomine habere et siquam transfert, est possessio tan
tum naturalis et infusa quae ad usucapionem suffi
ciens non est, haec autem possessio quam vitiose
seruus nactus est domino nocet a. d. §. de illo
quia quamuis eam impactione libertatis domino
dederit, et sic eam habeat dominus quasi emptor
nihilominus reuera durat prima causa possessio
nis ut etiam Celsus affirmabat et ex eius sent.
Idem Paulus in l. 2. §. si seruus veni. et quid §.

emptor

Pro emptore que cum vitiosa fuerit in seruo adhuc vitio
 sa durat in domino qui non mutavit sibi causam
 possessionis quod cum in matre eueniat *d. d. vers. ¹⁵* et
 siquidem oportet quod et similiter in partu procedat
 qui quemadmodum a seruo ex iniusta possessione
 usucapi non poterat ita nec etiam a domino *d. d. §. de*
illo = aut etiam sic Paulus poterit explicari quasi
 vellet quod quia seruis ex causa furti habuit poss³
 Ancilla, utiqua quamvis postea ancillam pro libertate
 sua domino det, etsi dominus quasi emptor incipi
 at ancillam habere nihilominus prima possessio ser
 ui attenditur quasi vitiosa fuerit non magis domino
 procedere poterit usucapio quam si res esset pones
 sium seruum ut eleganter suadere videtur *tes in*
d. l. 2. §. Celsus. scribit in fine pro emptore unde inuenit
 quod quemadmodum seruis non posset ex possessione
 sua eum partum qui apud se conceptus esset domina
 per usucapionem quærere ita nec etiam dominus pote
 rit cuius possessio non mutatur exemplo heredis qui
 in suo defuncti succedit de quo ante dixerat in §. anti
 Nec obstat *vers. ^{cus}*

Sed et si *d. §. de illo* ubi Ictus idem statueri videtur
 eo casu quo alius mihi furtiuam ancillam dederit ut
 seruum meum manumitterem que postea apud me
 concepit et peperit quo casu affirmat etiam me non
 usucapturum eum non cessent oia supradicta, sed

191
Sed adverte quod Veri^{us} ille non debet intelligi eo casu
quo extraneus ancillam surripuit et postea mihi de
dit ut servum meum manumitterem quae postea
apud me concepit et peperit namque hoc casu sine
dubio partus usucapio procederet, quia tunc vitiosa
mea possessio non est sed de eodem casu de quo dixit
erat scilicet quando servus ancillam surripuit
eamque extraneo dedit ut mihi pro libertate sua
daret solent enim saepe servi domino ignorante
emptores supponere atque eis munus vel alias res
subministrare ut se a domino redimant quo casu
perinde est ac si servus ipse dedisset L. unica. veri. si
itaque. C. si servus extraneo se emi mandaverit L. si ser
vus. 7. C. actio empti. Unde quemadmodum si servus
ancillam dedisset dominus partum usucapere non posset
quia vitiosa fuit servi possessio ut in pri^o §. affirmat
Ictur ita etiam vitiosa erit eo casu quo servus an
cillam furtivam alij dedit ut mihi pro libertate sua
daret quia hoc casu et servus dechie censetur idem
erit si quis eam ancillam quam servus ei dedit me
cum permutasset aut insolitum dedisset item si
donasset sc. quam explicatione non oportet eum
Versiculum legere cum versiculo si antequam ut
legunt interpretes omnes.

Tandem quaeritur bonafideque
procedere debeat usucapio partus ancilla furtiva qui apud

Possesorem bona fidei conceptus atque editus est et qui
 dem constat quod si bona fidei possessor matrem furtivam
 esse cognoscat quo tempore conceptus atque editus est
 nec ipse usucapere poterit nec alius quilibet, qui ab
 eo partum emat de quo loquitur tex. in l. non solum
 33 in fin. hoc tit. namque mala fidei possessoris tempore
 quo concipitur atque editus partus efficit eum furti-
 vum et in usucapibilem = quod si mala fides adsit
 tempore conceptionis non vero tempore editionis, ve-
 luti si partus conceptus apud furem nascatur apud
 eius heredem vel alium bona fidei possesorem non
 ideo partus usucapio impeditur quia tunc furtivus
 non est a. tam in fin. §. Scabola ut quae ibi no-
 taviimus = at vero si adsit bona fides tempore
 tus. heredem iam furti agere non posse nam cum furti
 actio vel ratione dominij differatur, vel quia eius in-
 terit. L. si vendidero. 80. hoc tit. existente conditione
 ratione dominij heres iam agere non potest quia Statu
 liber Statim liber effectus est, et res legatario quaesita
 nec etiam ex alia causa quia desijt interesse quod si
 pendente conditione subrepiatur. tanti condemnatio
 facienda erit quanti emptorem res potuit invenire
 id que ex eleganti ratione Papiniani ind. L. si vendi-
 dero vers. cum autem. et L. 50.

Quo tantum explicanda

Supersunt. nempe L. illud. 40. §. ult. de petit. hered.
L. hoc amplius. 29. cum sequenti hoc tt. ind.
L. illud libenter, admittit res hereditaria ab ali
quo possidebatur, constat enim possessor hereditatis con
nemiri non potest. L. 11. de petit. hereditatis, quare vere
rei hereditaria furtum fit, et autem in L. hoc am
plius 29. cum sequentibus, et si ita recte intelligi possit
quod vivente testatore tabula hereditaria subrepta
si tamen ita intelligere velle quod iacente hereditate
affirmabit Ulpianum non concedere hoc casu furti actio
nem, sed tantum interdictum, quorum bonorum, quasi
ille qui delebit tabulas hereditarias dolo possidere de
sierit. L. 1. quorum bonorum. L. 1. et. 2. cod. eodem tt.
Verba autem illa, hoc amplius ad casum antecedentem
referenda sunt, nec aduersatur. L. si quis tabulas 35.
de dolo, non enim hoc casu procedit, sed illo quo heredi
tariae tabulae ab illo qui habebat depositas delatae fuerunt.
quo casu cessat interdictum quorum bonorum quia ut
competat necessarium est ut possessor, vel pro herede possi
deat, vel pro possessore ut cum hoc modo possideret, do
lo possessor amiserit. L. 1. et. 2. Cod. quorum bonorum, at
ind. L. si quis tabulas ut depositarius possidebat et
sic tt. particulari, unde nec interdicto quorum bo
norum poterit connemiri, sed actione de dolo alia de
ficiante.

Ergo hereditaria rei furtum fieri

270


Nequit quia nullus est possessor, cuius intervenitur
possessio, quod si hereditaria rei aliquis possessor existat
veluti quia defunctus pignori dederat, aut comoda-
verat, tunc rerum hereditariarum furtum fieri Iulius
probabat, ut testatur Marcellus in d. l. hereditaria
Versi nisi, iuncta l. hu enim casibus hoc tt. Cuius
rei illa ratio est, quia ut furtum fiat sufficit posse
sione auferri creditori. l. eum qui. 14. §. Papinianus.
§. idem scribit. l. creditori. 15. l. si quis. 33. §. si ex
duobus. l. creditori. 89. hoc tt. cuius ratio est. furti actio
debitori acquiritur. l. itaque. 14. §. sed si res. l. inter
omnes. 47. §. hac actio l. furtivam. 76. hoc tt. quare
hoc casu cum proprietas penes hereditatem remane
at verum erit hereditaria rei furtum fieri, et here-
ditati ex eo furti actionem acquiri; idem in re commo-
data dicendum est, quia ipsius proprietatem retinet
hereditas. l. rei commodata. 8. commodati, et commo-
datario furtum fit. l. eum qui. 14. §. an pater. et §. si
res commodata, et §. non solum. l. qui vas. 49. §. si ego
l. si is qui rem. 61. l. si is cui. 73. hoc tt.

Addit Scabola,

in d. l. etiam rei hereditaria in qua usus fructus alienus
est vere furtum admitti, constat enim huius rei proprie-
tatem penes hereditatem esse et fructuario vere furtum
admitti. l. creditori. 15. §. 1. l. cum res. 20. §. si bona
fide. l. falsus. 44. §. ult. hoc tt. ita ut hereditati

Tanquam domino furti actio queratur: l. inter om-
nes. 47. §. si servus. hoc t.º interest enim ratione do-
minij unde cum his casibus vere furtum fiat tanquam
rei furtiva usucapio impediatur ex l. 12. tabularum et
l. Attiana, l. 4. §. qui autem. de usucapionibus. l. tutor
33. l. quamvis. 86. de furtis. §. furtiva instit. de usuca-
pionibus. et heres furti agere potest, cuiusvis delicti ex-
cursatio datur. l. 1. vers. heredem. de priuat. delictorum
l. si homo. 35. vers. Ult.º de usucapionibus. qui t.º et si in
2. p.º valde difficilis sit dum furtivum affirmat ho-
minis subreptum cuius usufructus legatus erat, et
si, nec ab herede unquam possessus fuerit, nec a fru-
ctuario, sed iacente hereditate interceptus ita t.º
vere nisi fallor et recte explicatur quid quid alij
sentiant, si advertamus questionem a Iuliano pro-
positam illam esse, an quemadmodum usucapio non
potest res furtiva aut furto abstracta. l. 4. §. quod
autem, de usucapionibus. ita idem dicendum sit, si
non rei ipsa, sed usufructus eius fuerit interceptus
Cui questionem eleganter speciem apponit in homine
Cuius usufructus legatus erat, qui subreptus fuit, ante
quam ab herede possideretur, quo casu verum est, ha-
redi furtum factum non esse, quia homo legatus iacente
hereditate subreptus est, quare nec furti actionem ha-
bebit, unde quia proprietario furtum factum non est
nec res, quo ad proprietatem furtiva efficitur usucapio non

271

Videbatur sed Iulianus sententiam Sabinum re-
fert affirmantem adhuc eius rei iurisdictionem non esse
quia etsi heres furti agere nequeat, potest tamen
fructuarius qui frui deberet, unde sufficere dicebat
furti agi posse ut res in iurisdictionem fiat, sed quia
sententia Sabinum dubitabilis erat in eo quod affir-
mabat fructuario furtum factum tunc enim ipse
adhuc fruebatur, ut ipsi furtum factum esse dicamus
affirmat Iulianus Sabinum sententiam ita accipi-
endam ut fructuarius poterit uti, frui, quo casu ipse
interpellat subripientem, ut rem sibi restituat, nec
ipse velit fructuario furtum fieri non heredi fructua-
rio quia naturalis possessio sibi debita non restituit, non
heredi, quia cum fructuarius nunquam fructus esset
heredi proprietario non possidet, unde res sic explica-
ta illud eveniet ut proprietas furtiva non sit, usufruc-
tus sit et sic recte questio proposita procedet, nam si fru-
ctuarius uti, frui non posset, aut iam sic fruebatur,
questio non procedit, non primo casu: quia cum ipse ad
petendam possessionem ius non habuerit etsi petat, iure
non restituitur, unde tunc homo in causam non perducitur
hoc est in causa furti. = 2. vero non quo ad usum tantum,
sed etiam quo ad proprietatem furtivam efficitur, ut Con-
sultus affirmat; quia cum iam fructuarius possideret etiam
heredi furti actio queritur, unde cessat q. quia proprietas
etiam reditur furtiva, et cum hu nihil de hoc ten. 

Ad l. 3^m in lege final. si

Familia furtum fecisse

Dicatur.

Superst. Lege finali si Familia furtum fecisse dicatur
quale bonum Sabolare prehendit qui a firmabat co
sus re periri quibus a Domino propter furtum a Fam
lia factum plus duplo au fertur veluti quando
coheres meus duplo abstulisset nam tunc etiam
ego ad aliam duplum agere poterem, item si de fun
tus manus duplo abstulisset, quia tunc singuli
heredes recte experiantur, quorum rationem in qui
rare non erit in faule

Sed ut recte percipi
antur, Sciendum est, Familiam, & si uaria ac
cipiantur in iure proprie tamen pro seruis dicitur
qui in ministerio sunt. l. 2. §. hae actio 14 de
vi bonor. raptorum l. quarta 12. §. Familiam
l. 1. §. Familiam nomen de publica & uectiga
libus que seruitutis ab Iuliano appellatur
in l. pronuntiatio 199. §. Seruitutis, eius
nominis Dominus de Verborum Significatione
quo pacto & hic significat seruos omnes seu seru

Autu
3

Seruitutis cuius nomine Dominus noxali furti at-
tione potest conueniri

272

Si ergo Familia

Sive plures Serui furtum admittant, Si iuris civilis
rigorem inspiciamus Singulorum nomine in Dominum
noxale iudicium erit quo damnatus Dominus, vel
litis estimationem pro Singulis debet sufficere. L.

Singulos noxae dedere ex regula. l. 1. de noxalibus

actionibus ideo non Singulorum nomine Dominus

in solidum tenetur quia receptum est pro pie furtum

non fieri, cum plures iurantur, sed totius rei uni-

uerso furtum facere, ideo Singulos furti no-

mine teneri in solidum l. vulgaris l. 2. §. si duo

de furtis l. ita vulnerat. §. 1. §. final. ad l.

Aquiliam, quod eadem quando Plures arborem

cecidissent furti aperte probatur in l. si plures §.

arbor. furti c. 11, et quando Plures album corr-

umpunt, aut damnum iniuria dant l. si quis id

quod. 7. in fine l. si Familia §. de iuris dictione

l. item mella l. 2. §. Sed si plures, c. 8. Sed

Plures ad l. Aquiliam l. si per alium §. §.

hoc iudicium. §. ne quis eum qui inius uocantur

ita et si eum uno agatur et penas suat ceteri

non libentur l. Adde §. de iuris dictione §. d.

l. si per alium cuius rei rationem insinuat l. §.

adclita

Ad dictam legem nullas & Sed si Plures
in fine quasi uellit iudicium hoc cum sit
penale & delinquentes punire intendat si
alterius penas data alterum uelle ueret alterius
delictum impunitum maneret, unde oportet
penam singulos solvere. l. Si Omnis. g.
de no. l. lra. actio, quare ratione idem in furto pro
batur in l. 1. & ultimo Siquis Alt. Liber. l.
1. Codic. de Delitione Furtiuo

Sed etiam

varius est quod Scriptura legimus in l. 1. g. si
Plures de eo per quem factus erit quod si ex
pluribus qui dolo fuerunt quominus qui
in iudicio existerit ueluti quia tristes, aliquod
pronuntiarunt quod necesse habuerit ad iudicium
non uenire aliter pecuniam prestiterit ceteri libe
rantes, Sed hoc ex eo procedit quia actione ex
eo edicto non perant Actor prosequitur Sed
quod sua interst. l. 3. eodem titulo quod in
heresse pena est in reo ob dolum Omissam
Unde si unus penam hoc est quantum interst
prestiterit necessum est ceteros liberari ut
Dulcius affirmat, cum enim inter esse unius
solutione Actor consequitur, non est quod
amplius ea actione ab alijs petat, quare ratione
pariter intelligit l. Semper 2. d. g. Fin se
pulero

273
Sepulchro quod ui aut damnus & interdicitur illud quod
interst. Continet dicta. l. Semper § ultimo, quare
perceptio ab aliquo ceteros liberabit id est quoniam de
proprio consilio quis que eorum fecit, hoc est quando
singuli separatim consilium dederunt ut faceret
namque si communi consilio hoc est quando omnes
simul consilium dederunt perceptio necessaria non est
sed sufficit alterum uenire ut recte Ulpianus
affirmat, namque nouata cum eo qui conuenit obligis
contestationem obligatione reliquos liberari rigor
iuris est. l. decem § 16. de uerbis oblig. l. si
per imprudenciam § 1 § ultimo de euction. l. 2. de
duobus reis id est quia omnes unica obligatione ligantur
l. 3. § ultimo de duobus reis, at in priori casu quod
proprio quis eorum consilio fecit singulorum propria
obligatio est unde alter conuenit alterum non li
berabit sed sola perceptio quia desijt interuise

Sed hinc
trahitur est lex l. § cum duobus sequentibus de his
qui deiecer. uel effuder. ubi, et si impures qui in
eo dem cenaculo habitent, unde directum est. quia
non apparet quis deiecerit in solidum actio actus
induplum, attamen si uon uno fuerit actum li
beranter, ceteri, sed huius rei illa etiam ratio
est quia quando quid deiecerit, uel effusus est

et si

Si Plures in Coenaculo habitent Constat tamen
unum solum eiecisse non omnes & quia maxime est
quis euerit omnes pro uno accipiuntur nam & quod
unus prestitit & ideo recte unius tantum pœne pro
tatione funguntur nam & quod unus prestitit pro
parte ab alijs recipit L. 4. cod. Titulo
Sed &
maxime obstat L. Si cum exceptione L. 4. § ult.
quod metus causa, ubi ab uno quadrupli pœna solu
ta aduersus ceteros metus causa actionem perimit
Sed hoc recte modo explicatur si aduersus quod
metus causa actionem a principio pœnalem non esse
Sed usq; ad sententiam arbitrariam ita ut possit
res si uellit ante sententiam rei restitutione facere
& quadrupli pœnam evitare quod in eadem
lege probat L. Si piam § 1. quod si non fuerit
tunc quadrupli condemnatione pœnitur, & hoc
autem actio dicta legis Unde fit quod si plures
res metus adhibuerint si unus Quertus spon
te ante sententiam rem restituat omnes liberati
sunt, quia aduocatio pœnalis non est, sed et si
Quertus non restituerit imo ex sententia, qua
druplum pœnitur si soluat, aduersus ceteros
metus causa actio perimitur nam in quadruplum
quod propter metum soluitur res etiam per metum

Ex torto Contineretur .§. quatenus autem .d. Legit 274

Inae quadruplo Soluta quia res restituitur contra
alios metus causa actio extinguitur quia cum ad
huc condemnati non sint Solari prestatione
liberanter quem Dominus ex quadruplo Dequit
est quatione pariter intelligitur .l. si Pures
l. 7. de Solo

Cum ergo rigore

iuris attento Si Pures Serui furtum admite
rent Dominus noxali iudicio conuictus, uel omnes
noxae dedere uel pro singulis estimatione litis
offerre cogetur quasi Singuli in solidum fur.
tum fecerint nec pro uno pene soluta reliquos
liberaret & sic patrimonium facile euerteret
quia furti fias manus Serui habent. Uilisti
mum Aditum hoc titulo pro possessit quod Do-
minus aduersus maleficia Seruorum prospexit
ut uel Seruos qui furtum participauerunt noxae
dedat, uel si maluerit estimatione Soluere
tantum offerat quantum si unus liber fecisset,
hoc est duplum pene nomine si furtum mani-
festum non est aut quadruplum si manifestum
& dationis Simplem .l. l. in principio §. ult.
hoc titulo .l. quod ait Praetor 32. de noxali
actione .l. illud 32. ad Legem Aequiliam

cuius

unius illam etiam rationem Paulus assignat in l. si
familia, de iurisdictione, quod in furto a familia factis
unus factus est, non quando familia alium corrup-
pit, aut iniuriam facit, vel damnum dat, ubi enim
plura facta intelliguntur, quae ratio Pauli merito sem-
per difficillima omnibus visa est, non enim facile
est explicare quomodo in furto a familia factis unus
factus est, non vero in albo corrupto iniuria vel
damno dato, nam si facientium personas respicimus
quomadmodum in furto, et in alijs familia facit, un-
de et in furto plura facta existimantur, ideo enim
si sciente domino furatur singulorum nomine no-
n ali iudicio conveniri potest. l. 2. §. haec autem
hoc tit. si factum ipsum non amplius in furto apparet
quam in iniuria, vel damno dato praesertim quia si
in damno a familia factis plura facta sunt, ut Paulus
affirmat, utique beneficium quod hoc edicto proponitur
domino, cuius familia damnum iniuria dat, non
proficeret, (alias non enim recte colligit Paulus indi-
cta. l. si familia) constat autem huius edicti leua-
mentum etiam domino dari quando plures servi da-
mnum iniuria dant, l. 1. §. si plures. hoc tit. l. illud
31. ad l. Aquiliam. quod non eodem modo ab om-
nibus explicatur nobis magis placet quod Poneanus et
Cusacius sentiunt, sit si rem ipsam inspiciamus, quae
ad modum iniuria vel damno, ita in furto plura
facta intelligi, sed quia praetor concedit si familia

Furtum fecisset ut dominus tantum offerat, quod
 si unus liber fecisset ex edicto pretorū seruo
 rum facta pro uno reputantur, quod quia non sic
 dicitur in albo corrupto, videlicet iniuria plura
 facta intelligunt, et ideo propter unum quodque
 illorum penam dominus solvere debet, ut Pau
 lus affirmat in dicta l. 9. l. si plures. 34 de
 iniuris in damno, similiter iniuria dato. Seun.
 l. Aquilia, non etiam hoc pretor concedit, et ideo
 ibi etiam Paulus plura facta agnoscit, quorum no
 mine similiter dominus pro singulis penam offe
 rret, nisi prudentes de aequitate moti. l. 1. §. si plu
 res hoc tt. Aut etiam aequali vel maiori ratione
 l. illud. 32. ad l. Aquiliam pretorū beneficium
 ad damnum iniuria datum, extendissent, d. §.
 si plures. d. l. illud. ideo que autem adhuc inda
 gno plura facta Paulus agnoscit, vel quia hoc non
 ex edicto concessum est ut in furto, sed ex mente
 edicti eduxerunt Consulti, vel quia nullum edi
 ctum vetat, etiam in damno plura facta dici
 et si interpretatione prudentum iam pro uno
 reputetur, quo favore, etsi domino cuius fami
 lia album corrupit, succurrendum Octavianus pu
 tarat, hoc tamen admissum non est, quia ut ele
 ganter Paulus edicto de albo corrupto pretorū
 maiestas vindicatur, quod etiam est ratio dicta

Legi si plures, nam etiam iniuria vel vitio a plu-
ribus facta, et a singulis persona iniuriam ac-
cipit, quo similiter eo grauior est, quo a pluri-
bus fit, unde in singulorum persona, vindicari
oportet, quod non ita est in furto, aut damno
dato ubi sola res auferitur, vel damnum acci-
pit, non autem persona offenditur, quod si
multorum consilio vnus corrumpat, quia vnum
factum est, et vere vnum tantum offendit
Octaueni sententiam Paulus adittebat in
D. L. 9. §. vlt.

Et si ergo vnus tantum
dupli prestatione dominus liberetur, nihilomi-
nus labeo, ut erat ingenio pictus. L. 2. §. post
hunc de origine iuris, hoc non ita procedere
existimabat, quando defuncto, cui furtum fa-
milia fecerat, duo haeredes succedant, nam tunc
et si vnus tantum dupli petitio defuncto com-
peteret, singulos tamen haeredes ad duplum
in solidum adittebant, ita ut si alter cohe-
res duplum abstulisset adhuc alter recte no-
mine dupli agere possit, quo pacto, etsi adiecto
fraus fieret quia duplum tantum ac si liber
fecisset, sed alterum, atque alteram dominus
soluere cogereetur, item et si plures haeredes fa-

Ferrent quam defunctus ipse quia defunctus unus
 tantum dupli nomine agere poterat heredes ad unum
 et alterum, nihilo minus hoc coacta iurisdictione
 admittebat quemadmodum cum quo defunctus mi-
 nus duplo abtulisset, nam etiam tunc singulos he-
 redes recte experiri posse docebat, quam sententia
 cur probaret Labeo utinam aliquod saltem verbi
 quum Scabola exprimeret, ut inde subtilis inge-
 nij rationem perciperemus, nec nobis hic dubitan-
 dum foret, quia probabili saltem ratione Labeo
 niteretur, fuisse enim probabile Labeonis sente-
 tiam Scabola indicat in illis verbis, verius puto.


Igitur existima-
 mus vel illud nec insubtile Labeonem movisse quod
 videbat liti estimatione quam servi nomine
 Dominus solvere debet, individuum esse leg. here-
 des. 25. §. si unus, ubi recte Cuiatius probat, fami-
 lia exiscunda inde coheredibus insolitum competere
 debuit, ita ut si coheres duplum accipiat quoad
 alterum actio non perimatur. Habet non et iste sua
 petitionem qua ratione si defunctus minus duplo
 abstulit ~~ad~~ at ve. singuli heredes recte experientur
 non enim individua petitio nisi plena solutione sub-
 lata est, unde in singulos heredes adhuc insolitum
 transmittet, vel etiam hoc Labeonis fundamentum
 erat quod in edicto quod praetor proposuit, et si

Propter furtum à familia factum dominus una tan-
tum actione defungatur, hoc tamen sic intelli-
gebat si unum tantum furtum factum esset, quod si
pluribus, quia attenditur natura servorum plura fac-
ta sunt saltem illis quibus intererat suum duplum
prestandum fuit, argum. Leg. inter. 47, §. usque de
furtis, quo pacto sic in heredibus labeo colligebatur
et si defunctus una persona sit, postquam tamen in eo
herede obligatio transit, iam illorum interest, et ideo in-
gulis duplum prestare debet.

Sed obtinuit contraria senten-
tia quam et Iulianus probat in L. 4. h. t. et Sca-
bota noster hic ut sit heredes penam tantum prose-
quantur, et cum eo quod defunctus abstulit uterque
heres non plus duplo ferat, quod recte illa ratione proce-
dit, nam postquam ad dicto praetor illud efficit, ut à fa-
milia furtum factum proinde se habeat, ac si unus li-
ber fecisset, et pro uno reputetur, L. 9. de iurisdic. unum
quum est, ut pro uno furto unam et alteram penam
dominus solueret, quod non solum libet praesertim
quia ut Iulianus affirmat heredibus non alia actio
competit, quam quae testatori, quae cum semel ad
duplum competit non potest postea in persona here-
dum unum et alterum prosequi, alias non alia
actio esset, ergo inter coheredes ex duodecim tabula-
rum semel dividitur ut partes tantum prosequan-

tur

Tur. d. l. heredes. & an ea, nam sic dicto fraud
fiat, ut plures heredes ferant quam ferret tutor. L. ha
res. g. de acquirenda rer. her. L. hereditas. 99. de re
gul. iuris et cum huius finis non Scabola. H. G.



1777
The first of the year is now
fast, and the weather is
very cold. The snow is
falling in great quantities
and the wind is very
strong. The people are
all well and the
business is going on
as usual.

The second of the year is
now fast, and the weather
is very cold. The snow
is falling in great
quantities and the wind
is very strong. The
people are all well and
the business is going
on as usual.

The third of the year is
now fast, and the weather
is very cold. The snow
is falling in great
quantities and the wind
is very strong. The
people are all well and
the business is going
on as usual.

The fourth of the year is
now fast, and the weather
is very cold. The snow
is falling in great
quantities and the wind
is very strong. The
people are all well and
the business is going
on as usual.

The fifth of the year is
now fast, and the weather
is very cold. The snow
is falling in great
quantities and the wind
is very strong. The
people are all well and
the business is going
on as usual.

The sixth of the year is
now fast, and the weather
is very cold. The snow
is falling in great
quantities and the wind
is very strong. The
people are all well and
the business is going
on as usual.

378

Tractatus

Ad t^{am}. in lege qui familia

37.

ff. Familiae exercitanda

Qui familiae exercitanda iudicio agit non con-
fiteatur aduersarium sibi esse coheredem, inquit
Consultus in l. qui familia. 37. ff. familiae exerci-
tanda, quam modo explicare intendimus; quae
Verba ideo difficillima interpretibus visa sunt
quia imo magis videtur eum qui familiae exercitan-
da iudicio agit, fateri aduersarium sibi esse coheredem
namque directum familiae exercitanda iudicium non
nisi inter coheredes exercetur. l. cum putarem. 26.
Vers. sed tu videris hoc. tt. nec effectum non nisi
inter eosdem habere poteris. l. 1. in fin. hoc. tt.
non vero inter eos inter quos hereditatis contro-
uersia est. l. 2. Co. de ordin. iudicioy. l. 1. & qui
nemo. Vers. etsi possessor in fine si pars hereditatis
petatur, quemadmodum nec actio finium regundoy
et communi diuidendo, nisi inter eos qui aut fines
aut res habent communes, quod si aduersarius

Fundum non communem, sed proprium suum,
esse dicat, non poterit cum eo alius communē divi-
dendo iudicio experiri. l. fundi. 18. de exceptionib.
quare qui agit in iudicio familiae erciscundae, oportet
quod fateatur et sentiat se cum cohærede agere
et per consequens quod confiteatur adversarium si-
bi cohæredem esse, quem ad modum et fatetur, qui
agit actione finium regundorū adversarium sibi
confinem esse, et qui agit communi dividundo
adversarium totum esse, et ideo se agit de finibus
dirimendū, vel de rebus communibus, aut heredi-
tarij dividendū. l. non possumus. 7. si pars heredi-
tatis petatur. l. 3. communi dividundo, in qua
speciem expenditur l. in dicto vers. etsi possessor
ubi affirmatur quod si possessor, et petitor possideant
hereditatem cum unus quisque eorū partem dimi-
diam hereditatis sibi auerat. forte si testator qui
100. in bonis habebat, duos ex æqui partibus heredes
instituit, quorum uterque quinquaginta posside-
bat pro indiviso. affirmat Consultus quod si al-
ter alteri controversiam faciat, hereditatis non
possit agere iudicio familiae erciscundae, sed iudicio
petitionis hereditatis, ut alter ab altero partem
consequatur pro qua dicit se heredem esse, quod si
controversiam sibi non faciant, tunc familiae er-
ciscundae ut quæ possident pro iudicio inter eos.

Amidant

Dimidantur: igitur significat iudicium familiae
 exerciscunde reddi inter eos, qui non faciunt sibi con-
 trouersiam hereditatis, id est qui fatetur aduersa-
 rium sibi cohæredem esse. Deinde et hoc ipsum ex-
 prae fateri videtur Julianus in l. fundus, qui dicitur
 §. 1. §. si ego hoc tit. in illis verbis; nam si ego
totam hereditatem possideo, et te ex parte dimi-
dia heredem esse confiteor.

Ex quibus
 rationibus Jacobus Cusarius in recitationibus ad
 tit. finium regundor. in principio contendit re-
 tenta negatione omnino falsam esse sententiam
 Iur. Consult. nisi hanc legem sine negatione
 legamus. prout legitur lib. 42. Basilicon. tit.
 3. in hunc modum. qui agit familiae exerciscunde
 fatetur aduersarium sibi cohæredem esse, et quan-
 tum antea lib. 9. obseruat. c. 36. existimauit
 Veriorem esse literam negatiuam hinc legis rit
 non confitetur, quam affirmatiuam que extat
 in Basilicis, quibus addendam esse negationem
 arbitrat. ideo quia et si quis familiae exerciscun-
 de iudicio agat quasi in cohæredem, non tamen
 omnino fatetur aduersarium cohæredem, quia ad
 hoc integrum est esse aduersus eundem agere peti-
 tione hereditatis, quemadmodum nec fatetur statim
 de intentione actoris, cum quo agitur, quia ex parte

Vtitur. l. non utique. 9. de exceptionibus. nec fatetur ad
versarium possessorem esse qui agit rei vindicatione,
ideo quia adhuc integrum est ei experiri iudicis posse
sorio. l. naturaliter. 12. §. nihil commune. de acquir.
possessione. l. an fundum. 18. §. ultimo. de vi, et viar
mata. l. et an eade. 14. §. ultimo de except. rei iudic.
quia et postea probavit lib. 25. observat. c. 34. nisi
lominus in titulo finium regundorum ab hac explicat.
recedit, ideo quia in nostra lege non scribit Consultus
qui agit familiae erciscundae non videtur renunciare
petitioni hereditatis, sed ita qui agit familiae erciscun
dae non videtur adversarium sibi esse cohæredem, quæ
verba non capiunt prædictam explanationem.

Notandum

Verò tam in epitome ad titulum ff. familiae ercisc.
quam lib. 5. observat. cap. 5. et negationem relinquere
et tolli posse, existimavit tanquam veram esse senten
tiam Consultus contendit sicum negatione Legatur
sine sine Negatione pro ut legitur apud Tracos, si mo
do hanc Legem dum sine negatione legitur de
actione accipiamus, hoc est de eo qui provocat ad
iudicium qui actor dicitur. l. in tribus. 13. de iudic.
hic namque dum agitur familiae erciscundae confi
tetur adversarium sibi cohæredem esse, ideo quia
hoc iudicium non nisi inter cohæredes exercetur
l. cum putarent. 36. l. qui erant. 49. ff. hoc tit.

et

Et non inter eos inter quos hereditatis controversia est. l. 1. §. et si possesor. ff. si pars hereditatis petatur si vero cum negatione non tantum de actione quam de re, hoc est, de eo qui iudicium accipit, hic enim quantum negare possit adversarium sibi esse coherede; l. 1. in fine hoc titulo, si tamen non neget, sed except. utatur non ideo confitetur de intentione actoris. Argum. Ex in dicta l. non utique g. de exceptionibus. nec ideo explanationem hanc offendi affirmant, quia Iureconsultus dicit: qui familia exercunde agit. nq

¶ Versi Verbum agit frequentius de actore et de actione accipiatur, aliquando tamen et ad exceptionem refertur, ut constat ex l. 1. de exceptionibus.

Ergo huius omni sui solutionibus; atque alijs quas in nra lege adducit Alothomanus quos in titulo finium regundos etiam Cusatus rejicit, videtur nobis quod retenta negatione planius accipi potest sententia nra Legis si advertamus Iure Consultum non agere de ipso iudicio familiae exercunde, sed de eo qui agit, iudicium quidem familiae exercunde non est nisi inter coheredes acceptum, ut affirmat in l. precedenti et in l. 1. hoc titulo. atque ex eo quod agit famul. exercund. nihil verius affirmare potest. quam quod dicit Consultus, scilicet non confiteri adversarium sibi coheredem esse, namque non ideo quia agit eu

125
Facit cohæredem. l. epistola. 92. de pactis, imo nec
facere potest, quia hæredes non nisi ex certis modis sunt
ex testamento, sit vel ab intestato. quid ergo confite-
tur qui agit familia eriscunda? illud sane repu-
tare adversarium sibi cohæredem esse et in casu legi
precedentis, veluti si existimet aliquem sibi consan-
guineum esse, aut valuisse testamentum, quod non
valuit quemadmodum qui solvit in debitum non
fatetur se debitorem esse, sed illud tantum sit se cau-
timare debitorem esse. §. 1. instit. quibus modis re-
trahitur obligatio. at comperto errore qui agit fami-
lia eriscunda si vendicat totam hereditatem, an
ideo repellatur quia agendo familia eriscunda confi-
teri videtur. in iudicio adversarium sibi cohæredem
esse, minime quidem, sed adhuc superest substantia
Veritatis ut in specie probatur tunc in l. non epistolis
13. Cod. de probationibus, et ideo non sibi per iudicat
l. 4. C. de iuris et facti ignorantia non ergo confitetur
adversarium sibi cohæredem esse, ut inquit noster tunc
sed illud tantum se existimare cohæredem esse, et
quod illa Verba tunc in l. fundus. §. 1. §. si ego hoc
titulo, ibi et te ex parte dimidia hæredem esse confite-
or, sic intelligenda sunt, id est confiteor me putare
te cohæredem esse, aut confiteor quia tibi non facio con-
trouersiam hereditatis, nam si faciam ego controuer-
siam non debeo admitti ad agendum familia erisc.

quia

Quia nec re vera ago cum herede, nec cum eo quem exi-
 limo heredem esse quomodo intelligi debet textus in
 dicta. l. 1. §. et si possessor si pars hereditatis petatur. d. l.
 fundi. 18. de exceptionib. ergo non obstante quod legit
 familia exciundae; si probare potuerit aduersarium non
 esse sibi coheredem sine dubio solidam successionem
 obtinebit; quod si queras quanam dubitandi ratio fue-
 rit cur hanc legem in Libros quaestionum Iureconsulto-
 rum retulerit existimabam in hac lege non quaestio-
 nem referri, sed alicuius quaestiois rationem similem,
 illi quae continetur in leg. partum. 26. de Verb. scat.
 ait Tribonianus omnia quaest. a Iure Consulto tra-
 tata solam rationem retulit forte occasione legis
 precedentis, ne quis existimaret quod eo casu quo quis
 agit cum eo quem putat coheredem esse. impediti re-
 petitione; quia ille qui agit confitetur sibi aduersarium
 coheredem esse. et haec sufficiant de hac nostra lege.

Ad Legem à quo. 45.

De damno infecto, aliis adifi-
 catum habes.

Lex ista exorditur in omnibus codicibus in quibus ex-
 orta proponitur, in aliquibus incipit hoc modo, adifi-

A. edificatum habes. etc. teste Antonio Augustino
et Cusatis in alijs vero Libris aguo fundus petatur si rem
nollit edificatum habes. et sic legitur in Ethurco Libro
quem Pisanum vocat Accursius, et idem Accursius
dicit et Antonius Augustinus Lib. 3. c. 9. emenda-
tionem priora illa verba aguo fundus petatur si rem
nollit cancellata esse et circumscripta, ideo quia alie
na sunt. a q. a J. Consulto proposita aut supervacua,
ut etiam dicit Cusacius. sed amplius movet Accur-
sius hanc Legem sic incipere in alijs codicibus aguo
fundus petatur edificatum habes Holander vero Lib.
1. prematic. cap. 9. Andreas Alciatus hoc modo legitur
aguo fundus petatur, si ab illo edificatum habes. ago
tibi ius non esse edificatum habere si non defendentis
a me possessio transferenda est. etc tandem Cusacius
tractatu ad Africanum antedixisse verba illa priora no-
tari debere ut supervacua, mox subiicit completa illa
Verba sibi valde placere, qua ipse sic complet; aguo fun-
du petatur si rem nollit defendere ab alio possessio
transferenda est in petitoem, donec ille egerit et pro-
baverit fundum suum esse.

¶ Has
literarum differentias alia atque alia ad hanc Le-
gem species proponitur, et quidem si tollantur priora
illa Verba aguo fundus petatur. varia species ad
hanc Legem Plinius est casum huius Legis prout propo-
nitur

ponitur à Viviano. si vero addantur illa verba, tunc
 Accursius ita proponit speciem, quasi dicat Consultus
 quod iudicam me habere edificatum (hoc non sig-
 nificant illa verba edificatum habere) ab illo a quo sum-
 mus petitur, id est qui petit fundi servitutem, scilicet
 ut ne alius tollat. et ago. id est agit tibi ius non
 esse mutatis personis. Accursius vero alio modo spe-
 ciem apponit, intenditque hanc esse ut Statim
 possessor qui in iure domum meam possidebat, ante
 rem dum possidebat vicinum, qui eum dominum,
 existimabat ius servitutis concessit ut posset edifi-
 care, ex qua concessione ipse defacto edificavit, nunc
 si vendicem domum meam, queritur an lite pen-
 dente possim eodem tempore agere contra vicinum,
 quasi ius non haberet edificandi, quia ea promissu
 tuo qui dominus non eras edificavit, et videbatur
 me non posse agere contra vicinum ne preiudicium
 fieret priori iudicio. l. fundi. 18. de exceptionib. et
 tamen Consultus affirmat me posse non obstante
 ratione per iudicij; que locum non habet quoties
adversus diversos agitur. et si vicinus non defenderit
 possessionem ad me transferendam, et reliqua faci-
 enda que I. C. ^{tu} affirmat. Denique Cujacius con-
 tendit illud in hac lege proponi Statim, ut siue
 fundus, siue servitus peteretur, et rem non defende-
 rem, reus ita puniatur, ut ex possessore fiat non

285
Possessor, translata statim possessione in actorem, quoad
ille egisset, ut probasset, Vel fundum suum esse, vel
ius sibi esse ita edificatum habere.

Ep^o existimabam
nullo verbo adiecto rectissime accipi posse ad q. in hac
lege tractatum illa verba que sunt in Etiusco libro
sive Pisano et in vulgatis codicibus hoc modo. aque
fundus petetur, si rem nollit. si modo aduertamus
Veterum prudentum illum morem fuisse ut semper
Legimus quibuslibet, sine questionibus essent, sine res
ponso, alijve tractatus, summaria quedam proponerent
quibus sententia Legi breviter comprehenderetur
et exprimerent, ut de Paio Consulto constat ex
l. 48. de Verb. signific. l. 80. de nox. act. l. 13.
ad exhibendum. l. 54. de iure dotum. et ex omni-
bus Legibus quas scripsit ad edictum Urbicum de
Papiniano sive papiano. ex lib. singulari Respons.
qui extat in codice Theodosiano, sive Trinitius
Papinianus ille fuerit sive Potthicus, aut Poticus
quidam, et de Ulpiano Paulo Moderato et alij
iuris prudentibus ex Licinio Rufino collat.
Legum; unde veterum prudentum presertim tituli, mul-
tas Leges retulit quem morem in Libris questio-
num etiam secutum fuisse vix Juris consul-
tum ex hac Lege facile colligere licet q. sum-
mam Legi forte ut id innotescat, relinquit Tribu-

nam

manus. Summa autem Legi sic scripta erat. agnus
fundus petetur si rem nollit. quibus verbis expenditur
 summationem quod in lege latius enarratur, namque
 in lege tractatur de eo qui conuentus esset, sibi ius
 non esse edificatum habere rem sine lite non defen-
 dit que sententia Summarij loco his verbis com-
 prenditur, si modo ita edificas, sine edificium
 in agro fundatum petetur (hoc enim significat ver-
 bum fundus. l. fundi. 7. 11. de Verb. significat.) pe-
tetur, dicit non petitur non dum ab eo petendum erat, si
rem nollit, id est si litem nollit, namque rei appe-
 llatione vix in iure litem significatur. l. diuis. 7. de in
 integrum restitut. l. Papinianus. 8. §. siquis postea
 de inofficioso tt. l. 3. §. Iulianus. de liber. exhib.
 l. in omnibus. §. de pratorij. Supplicationib. l. si de
 functus. 9. in fin. Cod. de iuris et legitimis.

His ita
 explicatis videamus quae nam sit q. a iure propo-
 sita in nostra lege quae melius percipietur, si singula
 Verba Legi procuramus. Obscura enim sit, nec
 facile potest ad ea applicari vera species nisi sin-
 gula sigillatim explicentur edificatum habes, inquit,
ago tibi ius non esse habere. haec verba exprimunt eu-
 casum quo quis iam habebat edificatum, namque
 si ageret prius quam edificatum esset, ius vicini
 non esset, alius extollere aedes, nec res ab eo defen-

in rem actionem Lactitant lactitanti, namque alia
pena est quam non defendentes, siquidem si non de-
fendat in fundi possessionem mittitur adversarius, si ve-
ro latitet omnia eius bona possidentur atque venduntur
ut in dicta. l. Fulcinius. §. item videamus. Ulpian. af-
firmat l. si cuius. §. si servitus vendicetur. l. penult.
Cod. de bonis auctoritate iudicis possidendis.

Atque imo
magis videtur quod non ideo quia si adversarius non
defendit possessio ad me transferenda est, nec enim qui
non defendit protinus ex primo decreto actor mittitur
prinatur possessione, et ad me transfertur possessio, sed an-
te ex primo decreto actor mittitur in possessionem, non ut
possideat, sed custodiae causa in possessione est. l. 3. §. cre-
ditores ff. uti possidetis. l. 3. §. ult. l. si quis ante. l. 10.
§. 1. de acquir. posses. l. officium. 9. de rei vindicat.
l. cum Legatorum. 11. quibus ex causa in possessionem
eatur. l. si cui. §. in prio ff. ut in possessione Legatorum
Unde recte potest cum Dño simul possidere, nec poterit
illum expellere. l. si finita. 15. §. si quis autem cum
sequenti. hoc tit. Cuius difficultatis occasione sunt qui
putent distinguendum esse eum causam quoque mitti-
tur in possessionem ex primo decreto in actionibus realis
bus et in illis ex primo decreto personalibus ab eo in
quo mittitur in possessionem ex primo decreto in actioni-
bus realibus ut in illis ex primo decreto nulla transfe-

rab

ratur possessio, sed tantum custodia et rei retentatio
 iuxta iura supra citata, non ita vero in actionibus re
 alibus in quibus ex primo decreto statim possessio tran
 sferatur iuxta nostrum texm, alij vero qui existimant
 nec etiam in actione reali ex primo decreto transferri
 possessionem, Legem nostram accipiendam esse dicunt,
 non tam de primo decreto quam de secundo, ex quo
 sine dubio vere possessio transfertur, et usucapiendi con
 ditio. d. l. si finita. §. Iulianus. et. §. non autem. quod
 ex eo colligunt quia in finalibus verbis nostra legis est
 non defendit non tantum agere de iure proprietatis
 mittitur, sed ei conceditur si intra statum a iure tem
 pus revertatur possessionem recuperare. l. hac. autem. §.
 §. ult. quibus ex causis in possessione eatur. l. si pupillus.
 17. §. l. de privilegio creditorum. ego neutro modo existi
 mo, nec enim hoc casu quando quis litem non defen
 dit tractatur de custodia rei ut actor simul cum ad
 versario suo pondere iubeatur, sed potius depuniendo eo
 qui cum posset rem non defendit quo casu iam ab
 initio iudicii ille partes erunt, ut vel cogat rem ut
 se se representet vel possessionem bonorum cui incum
 bit ad actorem transferat, scilicet si latitet adversa
 rius, vel eius rei de qua controversia est, si non latitet
 semper adversarium qui reus erat petitorum consti
 tuendo, ut tadio ablata possessione, et translata in
 actorem eum venire compellat in iudicium et suscipere

partes actoris, ut probant. L. si prius quam. 15. in fine
de nouo ope nunciat. L. Fulcinius. 7. §. Mens autem
quibus ex causis in possessionem eatur. L. Consentaneum
§. C. quomodo et quando iudex. L. cum proponas. 9.
Cod. de auctorit. iud. posid. L. 2. Cod. ubi in rem actio
L. propterandum. 13. §. si in autem rerum. Cod. de iudicijs
et manifeste tunc noster supponit.

Circa quod est
casu quo edificatum haberes qui agit tibi ini non esse ha
bere, et non defendi illa poterat dubitatio insurgere
et ita in aduersarium possessio transferenda esset, ut pro
tinus opus destrueretur quod sic videbatur, L. quia mea
possessione antea erat qui contendit tibi ini non esse
edificatum habere, unde translata ad eum possessio, illud
debet operare, ut res eo modo restituantur, atque antea
erant antequam edificares, destructo protinus edifi
cio, quod et ita iuris stricti ratio eueniret, nihilomi
nus contrarium ex aequitatis ratione in nostra lege mo
net Jur. Consultus contendens non sic transferendam
possessionem ut protinus destruat opus, ideo quia ut
inquit, iniquum est demolitione protinus fieri, nam
cum eius qui non defendit non ea parat, ut non am
plius audiatur in causa, sed ut de iure suo probare
necesse haberet et petitorum partes sustinere, x. d. l.
si prius, utique si postea veniat et probet, sibi ini esse
edificatum habere maxime grauaretur si opus suum
destruc

De ductum inveniret et cogeret illum de novo
 edificare: sed et illud inconveniens erat, ut ille in
 quem possessio translata est cogeretur in suo edificium ha
 bere, quo usque ille qui edificavit velit venire ad iudi
 cium, et probare sibi ius esse edificatum habere, fiet
 ergo quod eleganter in nostra lege movet I. 2. ^{tu} sed ut
 certum tempus statuatur à Iudice ei qui edificavit
 intra quod agat sibi ius esse edificatum habere quod
 si intra tempus à Iudice statutum non egerit, tunc ope
 ris demolitio fiet, secundum quod et ei consulitur, qui
 habebat edificatum, et ei etiam in cuius fundo edifici
 um positum erat.

Haec ita si modo
 ille qui litem non defendit praesens erat et noluit de
 fendere quo casu tempus arbitrio iudicis statuatur
 intra quod agere debeat, idem si cum absens esset Legiti
 me citatus fuit. I. 2. C. ubi in rem actio quod si ita
 absens erat ut non potuerat certior fieri, nec citatus po
 tuit comparare, tunc si ab eo ablata possessio fuerit
 à Iudice, ideo quia ad litem vocatus minime respon
 derit tunc licebit ei intra annum se offerenti cau
 tionis qua suscipienda liti dantem eandem rem recipere
 re x. ^{ad} textum in l. si quis emptionis. §. §. sed
 et si quis codice de prescript. 3. anno qui ideo
 sic intelligi debet quia annus qui in eo. §. conceditur
 est ex edicto ex quibus causis maiores quem absens

Abrentibus ex iusta causa Trator sollicitur in l. 1. ex
quibus caus. maior. l. 1. C. eodem tt. unde qui li
tem deseruit nec ex iusta causa abfu-

it non prestabitur. l. prope
randum. 13. §. in
autem reus. C.

De iuditijs.

288



UVA.BHSC